



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Cæremoniarvm In celebratione Diuinorum  
Officiorum Observandarvm**

**Jacobs, Johannes**

**Antverpiæ, 1621**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40844**



Th. 2210

9 IT  
3.





# COMPENDIVM CÆREMONIARVM

In celebratione Diuinorum Officiorum  
OBSERVANDARVM

Ex praescripto Ceremonialis ac Missalis Romani.

Vnde cum Considerationibus quibusdam pro celebrazione festorum, praesertim propriorum, praescripto Breuiarij conformanda.

Opera IOANNIS IACOBS Canonici Ecclesie Cathedra-  
lis Brugensem collectum & concinnatum.

*Ex libris Jo  
annis jac  
obris pat  
Anstmo  
Gerrimo  
Soccty  
Paderb.  
Iues  
pat. Lip.  
Annus.*



*anno 1611  
in Lippia  
au cele  
Collegio  
IESU  
donabef  
Officium  
sprung  
1681*

ANTVERPIÆ,

Ex officina Ioannis Cnobbari.

cl. 15c. xxii.



Reuerendissimo in Christo  
Patri ac Domino

D. DIONYSIO  
CHRISTOPHORI  
EPISCOPO BRUGENSI  
ELECTO

JOANNES IACOBS veram & per-  
petuam felicitatem precatur.



VM ante annos ali-  
quot REVERENDIS-  
SIME DOMINE com-  
mutato antiquo offi-  
cio Ecclesiæ nostræ cum Roma-  
no , hortatu grauium quorun-  
dam virorum Cæremonias in  
eodem peragendo à sancta Ro-  
mania Ecclesia præscriptas , pro  
faciliiori earum introductione &  
obseruatione in breuem ac faci-

\* 2 lem

**Epiſtola Dedicatoria.**

lem Methodum , quæ omnibus  
vſui eſſe poſſet, ex Miſſali Roma-  
no ac Cæremoniali Epifcopo-  
rum collegiſſem ; hunc meum  
qualem cunq; laborem tribus  
potiſſimūm de cauſis viſum eſt  
**REVERENDIſſIMÆ DOMINA-**  
**TIONI TVÆ oſſerre, & ſub eiuſ-**  
**dem patrocinio in lucem emit-**  
**tere.** Primò, quòd ipta materia  
non alium , quām ſacrum Anti-  
ſitem , patronum requirere vi-  
debatur : quem autem potiùs,  
quām illum cum quo iam pri-  
dem mihi magna familiaritas  
interceſſit, & cuius ſingularem  
fauorem frequenter expertus  
fui ? Altera cauſa eſt , vt gratuler  
tibi, ſeu potiùs Eccleſiæ noſtræ  
totiue diœceſi de dignitate  
Epifcopali ad quam electus es.

Illa

**Epiſtola Dedicatoria.**

Illa etenim quæ existens Canonicus & Decanus præstitisti, cùm in varijs officijs Ecclesiæ nostræ, tum in erectione seu formatione Seminarij, ac negotijs Ordinum Flandriæ ( in quibus quantâ fide, prudentiâ, dexteritate, diligentia ac zelo versatus sis, omnibus notissimum est ) euidentissimè declarant, quæ & quanta à constituto in culmine honoris ac potestatis exspectare debeamus. Tertia cauſa est, vt, quod reliquum est, in diuinis Officijs Cæremonias à summis Pontificibus præscriptas ac mandatas introducendi facile ac conueniens medium subministrem: quò sublatis varijs ac incertis ritibus, uno eodemque omnes laudemus & honorificemus

**Epiſtola Dedicatoria.**

Deum, prout præter Romanos  
Pontifices etiam requirit vltima  
Synodus Prouincialis tanquam  
plurimùm conducens ad Dei  
gloriam, & religionis Catholicæ  
vnitatem commendans. Susci-  
pe igitur REVERENDISSI-  
ME PATER opusculum hoc  
gratulatorium, eo animo quo  
offertur, si non offerentis indu-  
stria, sanè natura sua dignitati  
tuæ non incongruum, & pro-  
posito animi tui, vti confido,  
minimè dissonum. Precabor in-  
terim Deum Opt. Max. vt va-  
letudinem & vires largiatur ad  
tantum onus ferendum, & vt  
cuncta R. D. V. prosperè feli-  
citerque succedant ad Dei glo-  
riam & animarum salutem.

Brugis 13. Martij, 1621.

**PRAE**

## PRÆFATIO

### Ad Lectorem.

Vandoquidem, ut omnia  
honestè, ordinatè ac uni-  
formi ritu ubique fierent,  
in diuinis Officijs præscri-  
ptæ sint non tantum certæ  
preces, sed etiam certi ritus seu Cære-  
moniæ sine quibus ministri Ecclesiæ  
muneri suo non satisfaciant, ut patet  
ex Constitut. Clementis VIII. præfixa  
Ceremoniali Episcoporum ius su ipsius  
nouissimè reformato, quod in omnibus  
Ecclesijs præsertim Metropolitanis, Ca-  
thedralibus & Collegiatis districtè ob-  
seruari mandauit, non obstantibus illa-  
rum statutis aut consuetudinibus, etiam  
iuramento vel alia quavis firmitate ro-  
boratis, ceterisue contrarijs quibuscum-  
que: illudque non omnibus ad manum  
sit, neque omnibus vacet peroluere:  
operae-premium me facturum existi-  
maui, si sacros illos ritus seu Cæremo-  
nias, collatis diligenter varijs locis

**Prefatio ad Lectorem.**

Ceremonialis, ac Missali cum Ceremoniali, in breuem ac facilem Methodum redigerem, quo eorum obseruationem, quæ alioqui difficultis videtur, facilem redderem, omnesq; ac præsertim Magistrum Ceremoniarum, ad quem spectat, quos opus est docere ac instruere, eo studio ac labore subleuarem. Seruauit autem in illis disponendis ordinem procedendi à generalibus ad particularia, propoundingo videlicet primum communia omnibus diuinis Officijs, deinde singulis propria; item proponendo primum ea quæ spectant ad omnes, deinde quæ ad pauciores aut certos quosdam: ob quam etiam causam primum posui illa quæ absente Episcopo sunt obseruanda, tanquam communia omnibus Ecclesijs, deinde tanquam magis particularia quæ eo presente vel etiam celebrante fieri debent, prout videre est in indice Capitum subiuncto. Distinxii verò singula capita suis numeris, & in quibusdam etiam diuersos characteres adhiberi curavi, ut & id quod queritur statim inueniri,

**Prefatio ad Lec*t*orem.**

ueniri, & diuersitas quae in quibusdam Officijs seu Missis est, aut ex praesentia sanctissimi Sacramenti vel Episcopi erit, ex ipsis etiam characteribus aduerti possit: prior enim diuersitas ex particularitate Officij aut temporis proueniens, minore charactere comprehenditur, & posterior ex praesentia Sacramenti vel Episcopi. Adiunxi in fine Considerationes quasdam perutiles ad celebrationem festorum prescripto Breuiarij conformandam, collectas potissimum ex Constitut. Pij V. & rubricis in principio Breuiarij: quas, etsi non tam spectent ad Ceremonias, quam ad ipsam substantiam & formam Officij dicendi, hic tamen adiungendas censui, ut sic constaret de toto Officio celebrando tam quoad substantiam ac formam, quam quoad accidentia seu Ceremonias in publica recitatione illius adhibendas. In quibus omnibus colligendis ac disponendis, benevoli Lector, si, quod humani est, in aliquo erratum sit, vel quid minus recte positum aut ordinatum,

**Præfatio ad Lectorem.**

pro tua humanitate ignosces: si quid  
autem bene, cedat ad tuam commodi-  
tatem, & ad maiorem Dei gloriam &  
honorem, à quo est profectum, qui est  
benedictus in secula. Amen.



**INDEX**

I N D E X  
**C A P I T V M**  
huius Compendij.

- CAP. I. **D**E Magistro Cæremo-  
niarum. fol. I.
- II. De obseruandis ab omnibus & in  
omnibus Officijs. 4.
- III. De obseruandis circa thurifica-  
tionem, impositionem thuris, &  
porrectionem thuribuli. 10.
- IV. De obseruandis circa pacem de-  
ferendam. 18.
- V. De obseruandis circa Commu-  
nionem sumendam in Missa so-  
lemnii vel Pontificali. 20.
- VI. De ordine standi, sedendi & ge-  
nuflectendi ab omnibus sub Offi-  
cijs Horarum. 22.
- VII. De Vesperis solemniter cele-  
brandis diebus Dominicis & festi-  
uis per Canonicum cum assistentia  
cantorum seu cantoriam facien-  
tium. 27.
- 
- IIX. De

INDEX.

- IIX. De Matutinis & Laudibus simili-  
ter celebrandis. 36.  
IX. De officio Thuriferarij in Vespe-  
ris & Laudibus solemnibus tam  
absente, quam præsente vel etiam  
celebrante Episcopo. 42.  
X. De officio Ceroferariorum in  
eisdem Vesperis, Matutinis ac  
Laudibus. 46.  
XI. De Vesperis celebrandis per  
Episcopum in maioribus sole-  
nitatibus. 50.  
XII. De Matutinis & Laudibus per  
Episcopum celebrandis. 58.  
XIII. De officio Canonicorum præ-  
fertim Presbyteri & Diaconorum  
assistantium Episcopo in Vesperis  
& Laudibus. 62.  
XIV. De officio ministrorum seruien-  
tium Episcopo de baculo pastora-  
li, de Mitra, de libro & de can-  
dela. 69.  
XV. De ordine standi, sedendi & ge-  
nusflectendi ab omnibus sub Mis-  
sa. 74.

XVI. De

I N D E X.

- xvi. De officio Sacerdotis celebrantis Missam solemnem. 81.
- xvii. De officio Diaconi ministrantis Sacerdoti in Missa solemni. 99.
- xviii. De officio Subdiaconi in Missa soleni Sacerdote celebrante. 122.
- xix. De officio Capellani assistentis Sacerdoti celebranti Missam solemnem. 125.
- xx. De officio Thuriferarij in Missa solemni tam absente, quam præsente vel etiam celebrante Episcopo. 137.
- xxi. De officio aliorum ministrorum seruientium in eadem Missa de candelabris, de intorticijs, de ampullis & alijs. 143.
- xxii. De agendis ac legendis, dicendisue per Episcopum non celebrantem, sed præsentem in Missa solemni; itemque per Canonicos tam præsente, quam celebrante Episcopo. 151.
- xxiii. De Missa Pontificali, seu solemni Episcopo celebrante. 159.

XXIV. De

INDEX.

- xxiv. De officio Presbyteri ac Diaconorum , assistentium in Missa Pontificali. 174.  
xxv. De officio Diaconi & Subdiaconi seruentium ad Euangelium & Epistolam in Missa Pontificali. 182.  
xxvi. De Organista & Cantoribus seu Musicis. 195.  
xxvii. De absolutione facienda post Missam defunctorum in die depositionis, & anniversario. 199.  
xxviii. De Processionibus. 206.  
Postea sequuntur Considerationes quædam quæ seruant ad celebrationem festorum, præsertim propriorum seu particularium Ecclesiarum, præscripto Breuiarij conformandam. 221.

APPRO-

## APPROBATIO.

**V**tnus solemnis Missæ , a-  
liorumque Diuinorum Of-  
ficiorum ritus , hactenus multis  
locis neglectus , inducatur & ob-  
seruetur ; vtiliter hoc Compen-  
dium Cæremoniarum , studio &  
industriâ R. D. Ioannis Jacobs  
Canonici Cathedr. Ecclesiæ Bru-  
gensis concinnatum typis euul-  
gandum censeo .

*P. Coens S. T. L. Canonicus , & Li-  
brorum Censor Antwerp.*

S V M -

## SVMMA PRIVILEGI.

**A**rchiducali priuilegio cautum est,  
ne quis præter volūtatem Auctoris  
& Ioannis Cnobbari Typographi Ant-  
uerp. (cui Auctor id negotij: specialiter  
communicauit) *Compendium Ceremo-  
niarum in celebratione Divinorum Officio-  
rum obseruandarum, &c.* infra sexennium  
vlo modo imprimat, aut alibi impres-  
sum, in has regiones importet, venaleve  
habeat. Qui secūs faxit, confiscazione  
librorum, aliaque graui poena multabi-  
tur, vt latius patet in litteris Bruxellæ  
datis 27. Martij. 1621.

*Signat.*

STEENHUYSEN.

CÆRE-

# CÆREMONIARVM

*in celebratione Diuino-  
rum Officiorum*

## OBSERVANDARVM

### C A P V T I.

#### De Magistro Cæmoniarum.

I.  CÆREMONIARIVS, cuius ministerio & cura omnia Ecclesiastica munia obeunda sunt, antequam Diuinum Officium inchoetur, præmoneat atque instruat quos opus fuerit, & videat an omnia sint parata & rectè disposita quæ ad celebrationem spectant; præsertim quando erunt celebranda Officia quæ non ita frequenter occurunt, ut in festo Purificationis, Feria quarta Cinerum, Dominica Palmarum, & in maiori hebdoma-

*Ex Car.  
lib. 1.  
cap. 5.*

*Videat  
tur  
Missale  
illuc  
diebus  
Car.  
lib. 2.  
cap. 16.  
Car.  
alii  
quot  
seqq.*

A

da

2 Compend. Cæremon.

*De ser-  
mone  
babēdo  
Cer. l. i  
cap. 22.  
& ali-  
bi.*

da seu aliàs , vel quando habendus erit sermo infra aut post Missam, vel adfuturus erit aliquis maior Episcopo , aut magnus aliquis princeps seu alij , ratione quorum aliter aliqua sint agenda aut disponenda , prout suis locis habetur in Cæremoniali , quod ipsum habere oportet cum alijs libris qui de Officijs diuinis & ritibus Ecclesiasticis tractant , ac diligenter perueluere, vt non solum actione & opere sit paratus, sed etiam cùm opus fuerit, de his quæ fiunt rationem reddere, quoad eius fieri posfit , valeat.

2. In ipso verò celebrationis actu omnia circumspiciat , & singulorum munia perpèdat, præcipuam tamen curam gerat Celebrantis ac ministrorum eius , aliarumque personarū dignitate præstantium, vt eis præsto sit si quid petant , vel de re aliqua admonendi sint aut ducendi. Ad ipsius enim officium

spectat

spectat prouidere ne quis error  
committatur, aut aliquid indecen-  
ter fiat, Celebrantem & ministros  
eius ac alios , cùm opus erit, duce-  
re & reducere, Subdiacono Epi-  
stolam & Diacono Euangeliū  
cantanti assistere , thuribulum ad  
Episcopū deferre , prout inferiùs  
suis locis indicabitur. Ad ipsum  
quoque spectat , præsertim vbi nō  
adest particularis magister chori,  
curare , vt omnes decenter ac vni-  
formi ritu , diuinis Officijs assi-  
stant , aliaque obseruent quæ po-  
nuntur in sequenti cap.

Lib. 2.  
cap. 8.

3. Cùm autem opus erit aliquos  
monere, ducere aut reducere , fa-  
ciat id modestè & discretè , sub-  
missa voce ac solo nutu , si fieri  
possit , quæcumque agenda sunt  
demonstrans ; non discurrat ve-  
lociter, non caput voluat, aut ma-  
nus iactet indecenter. Caueat de-  
mum ne in suis actibus affecta-  
tionis vitio notetur , sed quidquid

A . 2

aget,

4 Compend. Cæremon

aget, cum grauitate & congruenti  
mora, ac cum decoro corporis ge-  
stu ita peragere curet, vt cæteris  
deuotionem ac reuerentiam pa-  
riat.

4. Quæ omnia ut quietius perficiantur, omnes tam Canonici,  
quam alij, ipsi Cæremoniario in  
his quæ ad diuinum cultum spe-  
ctant sine contradictione obediāt;  
nec tantum eius verbis acquiescant,  
sed etiam nutu aut leui ali-  
quo signo vel intuitu quid agen-  
dum sit significanti statim pareāt.

C A P V T . I I .

De obseruandis ab omnibus &c in  
omnibus Officijs.

Cer.  
lib. I.  
cap. 5.

I. Intra chorū nulla fiant col-  
loquia, nec sint qui risu, aliōue  
incomposito seu minus modesto  
actu rem diuinam turbent; non  
qui cum cæterorum scādalo dor-  
miant, litteras aut alias scripturas  
legant; sed nec libros aut ipsum

Brevia-

Breuiarium aut Diurnum in manibus habeant, vt ex illis priuatim Horas aut orationes recitent, sed illas alta voce vnà cum choro dicant aut cantet, & ad hoc librum habere possunt. Item ne quis gestum aliquem ab alijs differentem demonstret, vt cum alij stant, sedeat vel genuflectat, vel e contrâ: sed omnes dent operam, vt vniiformi ritu attentè, deuotè & reuerenter diuinis mysterijs atque Officijs assistant, eaque toto cordis affectu admirantur & contemplentur, ac silentium diligenter seruetur.

2. Cum autem in choro diuersa sint corpora, seu ordines dum res diuina solemniter celebratur, unus assistentium seu ministrantium Celebranti, alias Canonicorum & beneficiatorum, aliorumque clericorum hinc inde in choro residentium, tertius illorum qui sunt de magistratu ac nobilium laico-

*Ex eo-  
dem  
lib.  
cap. 18.*

rum; inter eos qui sunt de eodem corpore æqualitas seruanda est quoad sessionem & surrectionem, ita ut surgente aliquo assistentium Celebranti ad faciendum aliquid sui officij, pariter alij coassistentes & ministri surgant & stent donec ille sedeat, non tamen Celebrans, nec alij aliorum ordinum. Similiter surgente aliquo Canonicorum, beneficiatorum, aliorumue clericorum, ut faciat aliquid ad publicum chori Officium spectas, putà cùm intonatur Antiphona, vel aliquid simile, omnes alij eiusdem ordinis seu chori æquales & inferiores consurgere debent. Inter laicos quoque uno surgente ratione Officij, vt cùm datur illis incensum vel pax, cæteri quoque illius ordinis surgunt. Si Episcopus sit præsens & non celebret, adhuc efficitur aliis ordo assistentium & ministrantium ipsi, qui seruabunt eandem æqualitatem

quoad

quoad sedendum & surgendum,  
prout de alijs dictum est: Cum sur-  
git Episcopus, omnes ordines tam Cano-  
nicorum & reliquorum clericorum,  
quam laicorum & Celebrantis consurge-  
re debent.

3. Quandocumque aliquis ac-  
cedit vel recedit, aut transtit dire-  
ctè ante altare vel Episcopum, re-  
uerentiam illi exhibere debet; Ca-  
nonicus quidem caput humeros-  
que profundè inclinando (vel si  
sanctissimum Sacramentum super altari  
sit expositum, vel in eo asservetur, illi  
genusflectendo usque ad terram;) bene-  
ficiatus autem, alijsue de clero  
semper genusflectendo tam altari,  
quam Episcopo. Canonico quo-  
que solemniter celebranti in simi-  
libus casibus reverentia exhiben-  
da est; à beneficiatis & alijs cleri-  
cis profundà capitibz humerorum-  
que inclinatione: à Canonicis au-  
tem parcior, videlicet solà capitibz  
inclinatione. Cumque pluribus

Lib. I.  
cap. 18.

Ex l. 1.  
c. 12. &  
lib. 2.  
c. 3. &  
23. ac  
Missali.

Ex l. 1.  
cap. 23.  
& l. 2.  
cap. 3. 6  
& 1.

8 Compend. Cæremon.

reuerentia exhibenda erit, trans-  
eundo ab uno ad alterum, semper  
primò fiet ei à quo disceditur, de-  
inde ei ante quem transitur, & ul-  
timò ei ad quem acceditur, nullo  
habito respectu quis eorum sit  
maior, sed solùm commoditatis  
gradientis.

*Lib. 1.  
cap. 18.  
Item  
lib. 2.  
cap. 11.*

4. Quoties aliquid datur Epi-  
scopo vel ab eo accipitur (prater-  
quam in Officijs Defunctorum) to-  
ties illud ac manus Episcopi  
osculanda est; sed cum datur, pri-  
mò id quod datur, deinde manus:  
cum vero accipitur, primò ma-  
nus, deinde id quod accipitur.  
Quod obseruatur pari modo etiā  
erga Celebrantem; praterquam à  
Canonicis saltem in die Purifica-  
tionis & Palmarum dum acci-  
piunt candelam & palmam: tunc  
enim non osculantur manum Ca-  
nonici celebrantis, quamuis bene  
candelam & palmam quam acci-  
piunt, ut constat ex Cærem. lib. 2.

cap. 17.

cap. 17. vbi circa distributionem candelarum (& eadem est ratio de distributione palmarum) quæ fit à Canonico celebrante , absente Episcopo, dicitur, quòd Canonici illas accipiant à Celebrante inclinati,& acceptas deosculentur: Beneficiati autem & clerici, ac cæteri omnes genuflexi illas ac etiam manum Celebrantis deosculantes. Quod etiam videtur intelligendum de Diacono & Subdiacono paratis: si enim (vt ibidem dicitur) sint Canonici, candelas accipiunt post digniorem qui Celebranti dedit, ante alios omnes Canonicos, ergo prout illi absq; osculo manus & genuflexione, quæ admodum si non essent Canonici, acciperent post Canonicos ante alios omnes Beneficiatos & clericos , osculantes & genuflectentes prout isti. Idem consequenter videtur dicendum de eisdem in Missa, quòd videlicet Diaconus &

Subdiaconus si sint Canonici in ea etiam non osculentur manum Canonici celebrantis, nec Subdiaconus post Epistolam aut Diaconus ante Euangelium genuflectat ante illum, sed tantum inclinent, prout nec ante Episcopum celebrantem genuflectunt, ut patet ex Cær. lib. 2. cap. 8. Verum ista relinquo iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui etiam cætera omnia subijcio.

## C A P V T . III.

**D**e obseruandis circa thurificationem, impositionem thuris, & porreptionem thuribuli.

*Ex Cær.  
lib. 1.  
cap. 23*

**S**i is qui thurificat sit æqualis dignitatis cum eo qui thurificandus est, aut etiam maioris, in unum capite inclinato sibi reverentias faciunt ante & post thurificationem: si verò qui thurificat minor sit, ipse quidem versus maiores caput profundè inclinat an-

te & post, illi autem parum vel nihil versus thurificātem correspondent pro qualitate ipsius thurificantis, qui & ipse thurificando alios post Canonicos parum vel nihil versus eos caput inclinat pro eorum qualitate. Episcopus verò nihil inclinat, sed post acceptam thurificationem facit signum crucis super thurificantem. Thurificanti in choro etiam obseruare solent, ut prius alter alterum qui immediate post thurificari debet capitis nutu modestè inuitet ad thurificationem prius capiendam.

2. Thurificans quoque obseruabit, ut sinistra manu catenulas, quibus thuribulum sustinetur, in earum summitate tenens, & dextra easdem catenulas simul iunctas prope thuribulum, sinistram firmam stabilemque teneat, dextram verò manum ac brachium commodè ac tractim cum thuribulo versus personam aut rem

thurifi-

thurificandam moueat, ita ut cum  
thuribulum ad se retrahit, illud  
sub brachio leuiter & competenti  
mora reducat, non personam aut  
caput mouens, dum thuribulum  
ducit & reducit. Item aduertat, ut  
numerum thurificationum obser-  
uet, pro qualitate rerum & perso-  
narum quæ thurificantur: nam  
sanctissimum Sacramentum, crux  
altaris, & Episcopus thurificantur  
triplici ductu, Canonici dupli, &  
alij inferiores vnico, *Nisi adesset Le-*  
*gatus vel alius Cardinalis: tunc enim*  
*Episcopus thurificatur tantum dupli*  
*ductu & Canonici vnico, ceteri vero si-*  
*nemora. Celebrans præsente Epi-*  
*scopo, Legato aut Cardinali thu-*  
*rificantur dupli ductu, illis autem*  
*absentibus, triplici.*

*ExCar.  
lib. 2.  
c. 3. &  
Miss.  
in ritu  
celebr.*

*Item  
Miss.  
ubi su-  
præ.*

3. Porro altare tam in Vesperis  
& Laudibus solemnibus, quam in  
Missa thurificatur hoc pacto: Ce-  
lebrans thurificata cruce triplici  
ductu & facta ei iterum profunda

in-

inclinatione, si super altari sint reliquiæ aut imagines Sanctorum hinc inde à lateribus crucis, antequam discedat à medio altaris, primūm thurificat reliquias seu imaginem à dextro latere crucis, seu à parte Euangeli prope cruce, bis ducens thuribulum, & facta iterum cruci profunda reuerentia, thurificat similiter dupli ductu imaginem seu reliquias iuxta crucem à parte Epistolæ. Deinde procedit ab eadem parte thurificando alias reliquias aut imagines, seu altare (quod alias statim facit thurificata & honorata cruce, quando super altari non sunt reliquiæ aut imagines) ter ducens thuribulum æquali distantia à medio usque ad cornu Epistolæ, etiamsi plures vel pauciores essent reliquiæ aut imagines, vel etiam nullæ: & in cornu Epistolæ demissa manu thurificat illud primò inferius, deinde superius, bis ducto

thuri-

thuribulo; mox conuersus ad alterum, eleuans manum thurificat eius planitiem seu mensam in parte anteriori, ter dicens thuribulum usque ad medium: & facta ibi cruci reuerentia, procedit thurificando alias reliquias seu imagines à latere Euangelij, aut in earum defectu altare, triplici ductu usque ad cornu Euangelij, prout fecit in latere Epistolæ; & thurificata similiter inferiori & superiori parte ipsius cornu Euangelij duplici ductu, adhuc stans ibidem ac eleuans thuribulum, thurificat planitiem altaris versus medium triplici ductu: deinde procedens manu aliquantum demissa thurificat anteriorem partem altaris seu frontem ter ducendo thuribulum usque ad medium, & facta cruci reuerentia, thurificat similiter reliquam partem anteriorem usque ad cornu Epistolæ, ubi reddit thuribulum. Dum autem in thurificatione al-

taris

taris procedit eundo & redeundo,  
semper illum pedem prius moue-  
bit qui proximior est altari , tot-  
que omnino passus faciet quot  
thuribuli tractus, ut manus pedes-  
que in motu decenter concordet.  
*Si sanctissimum Sacramentum in altari  
asseretur , genuflectet ante & post ihu-  
rificationem crucis , & quotiescumque  
transit ante medium altaris ; & si expo-  
situs sit, etiam genuflexus illud thurifi-  
cabit loco crucis , prout etiam alias, quo-  
tiescumque thurificatur, semper thurifi-  
candum est cum genuflexione triplici  
ductu , nisi quod in processione pro-  
cedendo continuè thurificetur : Cumque  
ipsum solum est thuricandum, non de-  
bet thus benedici, sed simpliciter imponi,  
& cochlear ac thuribulum porrigi &  
recipi sine osculis.*

4. Imponit autem Celebrans,  
vel Episcopus, si sit praesens , thus  
in thuribulum cochleari, ter su-  
mendo thus ex nauicula & ter in  
thuribulum immittendo, dicens in-

terim

*Ex Mif.  
sali.*

*Car.  
l. 2. ca.  
25. 26.  
& 33.  
& Miss.  
feria 5.  
& 6.  
maioris  
hebdo.*

*Item  
ex l. 2.  
cap. 23.  
& 33.*

terim extra casum suprà dictum:  
**Ab illo benedicaris, in cuius ho-**  
**nore cremaberis, amen ; vel in**  
**Missa post Offertorium : Per in-**  
**tercessionem, &c. vt in Ordine**  
**Missæ, & redditio cochleari produ-**  
**cens signum crucis super thus in**  
**thuribulo manu dextra aperta,**  
**omnibus digitis pariter iunctis &**  
**extensis, & paruo digito illi verso;**  
**quod semper seruatur quando res**  
**aliqua vel persona benedicitur**  
**(præterquam à Celebrante post**  
**consecrationem, qui tunc polli-**  
**cem ab indice non disiungit) & be-**  
**nedicendo sinistra ponitur infra**  
**pectus, vel super altare in benedi-**  
**ctionibus quæ fiunt apud altare.**

5. Pro imponendo verò thure  
Diaconus seu Assistens , accepta  
ab Acolytha thuriferario vel Cæ-  
remoniario nauicula thuris , co-  
chlear in ea existens sine thure da-  
bit Celebranti seu Episcopo , cum  
deosculatione seu deosculationi-

bus

*Ex Miss  
in ritu  
celebr.*

bus iuxta suprà dicta: deinde offeret eidem nauiculam, dicens extra casum suprà dictum , versus Celebrantem parùm inclinatus:  
**Benedicite Pater reuerende**, sed versus Episcopum profundius:  
**Benedicite Pater reuerendissime;** Thuriferario vel Cæremoniario interim offerente thuribulum eleuato operculo:imposito thure recipiens cochlear, prout dictum est , reddet cum nauicula thuriferario seu Cæremoniario.

Quoad modum porrigendi thuribulum, obseruabit idem Diaconus seu Assistens vt summittatem catenularum dextra manu tenens, à se deosculatam, ponat in sinistram Episcopi seu alterius celebrantis, & easdem catenulas prope thuribulum sinistra tenens ponat in dextram illius , eam osculando. Qui verò ipsis tradit, nisi in altera manu habeat nauiculam, dabit contrario modo, videlicet

summitatem catenularum sinistra  
sua ponet in dextram , & easdem  
catenulas prope thuribulum dex-  
tra sua in sinistram ipsorum , quò  
ipsi commodè ulteriùs porrigant  
ad manus Celebrantis.

## C A P V T I V .

De obseruandis circa pacem  
referendam.

*Ex Cer.*  
*lib. 1.*  
*cap. 24.*  
*& 29.*

*Lib. 1.*  
*c. 10. &*  
*30. &*  
*l. 2. c. 8.*

I. **D**eferens pacem obserua-  
bit, vt nulli eorum quibus  
pacem daturus est, quamcumlibet  
magno, ullam reverentiam faciat,  
antequam pacem det, quia ante  
non habetur consideratio ministri  
deherentis, sed pacis quæ à sacri-  
ficio altaris defertur (& eadem  
est ratio de Euangelio quod defer-  
tur osculandum) post verò datam  
pacem faciet reverentiam pro  
qualitate eorum qui pacem acce-  
perunt ; qui etiam in reverentia  
correspondebunt . Dum autem  
eundo ad chorum & redeundo,

trans-

Lib. I.  
cap 7.

transit ante Episcopum vel altare,  
seruabit debitas reuerentias, pro-  
ut suprà cap. 2. num. 3.

2. Illis qui sunt de clero pax da-  
tur sinistris genis sibi inuicem  
appropinquantibus, eo qui dat di-  
cente **Pax tecum**, & altero qui  
accipit respondente **Etcum spíri-  
tu tuo**: iis verò qui sunt de magi-  
stratu ac nobilibus datur, prout in  
Missis priuatis, cum instrumento,  
quod instrumentum deferens pa-  
cem priùs osculatur. Ordo autem  
dandi pacem in choro idem erit,  
qui seruatur in thurificando, de  
quo infrà c. 15.n. 6. nisi quòd pax  
à ministro detur solùm primo cu-  
iisque ordinis, qui dat alteri se-  
quenti, & ille subsequenti, & sic  
deinceps usque ad ultimum eiuf-  
dem ordinis.

Item  
Miss. in  
ritu  
celebr.

## C A P V T V.

De obseruandis circa communio-  
nem sumendam in Missa so-  
lemni vel Pontificali.

*Ex Cer.  
lib. 2.  
cap. 29.  
& 30.  
& Miss.  
in ritu  
celebr.*

**C**Vm Diaconus dicit **Confes-**  
**sionem** pro communione  
facienda, communicaturi omnes  
(qui priùs per Cæremoniarium  
vocantur) debent genuflectere in  
plano chori ante altare, sed reliqui  
manent stantes: & duo capellani  
seu Acolythi superpelliceis indu-  
ti collocantes se hinc inde ante al-  
tare genuflexi sustinent ambabus  
manibus per quatuor angulos al-  
bum mantile seu linteum, quo-  
usque perfecta fuerit communio;  
ante quod communicatis primò  
Diacono & Subdiacono, si non  
sint Sacerdotes qui eo die cele-  
brent, reliqui communionem  
sumpturi, cum debit is reueren-  
tijs ordine accedentes genuflexi  
reuerenter & deuotè illam acci-  
piunt

piunt de manu Sacerdotis celebrantis, & aliquanto post de manu Diaconi purificationem: post quam mappula ore absterso surgunt, & factis iterum Sacramento reuerentiis cum genuflexione, redeunt ad loca sua.

2. Si celebrans sit Episcopus, singuli tam de clero, quam de populo successiuè cum debit is reuerentiis ante illum accendent & ante quam accipiant communio nem, genuflexi osculabuntur manum illius, & sumpta communione (ac post eam à Canonicis induitis paramentis osculata facie illius, præterquam feriâ quintâ in Cœna Domini) vñusquisque discedet per latus sinistrum Episcopi, & ibi in cornu Epistolæ accipiet purificationem de manu Sacristæ vel alterius in sacris constituti, calicem cum vino & mappulam ad os tergendum ministrantis.

3. Sacerdotes non induiti para-

C.ay.  
ibid.  
cap. 23.  
G. 29.

Cap. 23

B 3 mentis,

mentis, volentes accipere communionem de manu Celebrantis, debent habere stolam à collo pendentem supra habitum quo in chorovtuntur. Quænam autem obseruari debeant circa administrandā communionē, tam à Celebrante siue Sacerdote siue Episcopo, quam à Diacono & Subdiacono paratis, infrà suis locis dicetur.

## C A P V T VI.

De ordine standi, sedendi & genuflectendi ab omnibus sub officijs Horarum.

*Ex Cer.  
lib. 2.  
8. pri-  
mis ca-  
pitibus.*

I. **A**B initio cuiusque Horæ dum videlicet incipitur secreto **Pater noster**, vel in Completorio **Iube Domne**) & Laudum standum ab omnibus detecto capite, donec incepitus fuerit primus **Psalmus** ( nisi quod in Matutinis genuflectatur ad illa verba Psalmi, Venite : **Et procidamus ante Deum** ), interim ad Versiculum **Gloria Patri**, &c. caput inclinandum

dum versus crucem super altari  
positam, vsque ad sequentem Ver-  
sicolum **Sicut erat.** Et generatim  
quotiescumque nominatur san-  
ctissima Trinitas, siue id fiat in  
principio Horarum, siue in fine  
Psalmorum, Hymnorum vel Re-  
sponsiorum aut alibi, detecto  
capite ab omnibus, stando vel se-  
dendo prout reperiuntur, incli-  
nandum est. **Quod** similiter fa-  
ciendum quotiescumque profer-  
tur nomen Iesu, Mariæ, vel San-  
ctorum de quibus dicitur Officium  
aut Missa, vel fit commemoratio.  
2. Incepto primo Psalmo cuiusq;  
Horæ & Laudū, & ab initio secū-  
di & tertij Nocturni, sedetur vsque  
ad finē decantationis Psalmorum  
& Antiphonarū ad Psalmos illius  
Horæ aut Nocturni, nisi quatenus  
pro intonatione surgendum est.  
3. In Matutinis, finitis Psalmis cu-  
iisque Nocturni & incepto **Ver-**  
**su** surgitur, & statur vsque ad

*Ex c. 8.  
& Miss.  
in ritu  
celebr.*

primam Lectionem illius Nocturni: sed dum ea est de Homilia in Euangelium, statur quoisque dicatur **Et reliqua**, idque facie versa ad cantantem Euangelium, similiter statur dum nona Lectio, & in nocte Nativitatis etiam octaua, est de Homilia in aliud Euangelium, ad textum ipsius Euangeliij. Cantaturus Lectionem, dicens **Iube Domne benedicere**, & non **Domine**, caput inclinat versus Celebrantem (qui ad eum sic inclinatum permanentem conuersus, stans dicit Benedictionem) in fine autem Lectionis dicens **Tu autem Domine miserere nobis**, genuflectit versus altare. Dum Lectiones & Responsoria cum suis versibus, ac aliæ Benedictiones cantantur, sedetur à reliquis: excepto quod dum Episcopus cantat ultimam Lectionem, pro eius reverentia stetur ab omnibus detecto capite. Ad Hymnum **Te Deum laudamus**,

statur,

statur, nisi quòd ad versum **Te ergo quæsumus**, &c. genuflectatur.

In omnibus Horis præterquam in Completorio, surgitur ad **Capitulum**; in Completorio autem ad **Hymnum**; & statur usque ad finem Horæ, nisi quòd sedeatur ad prosecutionem & repetitionem **Antiphonarum**, ad Cantica **Benedictus** & **Magnificat**. Excepto etiam, quòd genuflectatur ad primum versum Hymnorum **Veni Creator spiritus** (etiam dum ad Tertiam canitur) & **Aue Maris stella**; & in Hymno **Pange lingua**, ad versum **Tantum ergo Sacramentum**, &c. quando ipsum Sacramentum est super altari, aliàs non. Item quòd flectantur genua ab initio Precum, quando ex sunt dicendæ flexis genibus, donec dicatur **Benedicimus Domino**, solo hebdomadario sur gente ad **Dominus vobiscum** pro Oratione dicenda: prouinde etiam tunc **Commemorationes** in Laudibus & Ve-

Lib. I.  
cap. 28.

Ex  
rubr.  
gener.  
Bre-  
uiarii.

speris dicendæ sunt flexis genibus . In Prima ad **Martyrologium** videtur sedendum , prout ad Lectiones.

*Lib. 2.  
c. 3. &  
in rurbr.  
gener.  
Bress.*

5. Ad **Antiphonam** B. Mariæ dicendā in fine Horæ quando ea terminata discedendū est à choro, fletūtur genua: excepto tépore Paschali, & diebus Dominicis à primis Vesperis inclusuè, quibus téporibus illa dicitur stādo, vti omni tépore **Oratio** ab hebdomadario.

*Ex l. 2.  
c. 10. &  
ultimo.*

6. In Vesperis & Matutinis quæ celebrantur quotannis pro Commemoratione Omnium fidelium defunctorum, & in multis Ecclesijs simul seu iunctim dici solent post secundas Vespertas festivitatis Omnium Sanctorum, ad hoc vt populi commodius & frequentius illis interesse possint , standum etiā à principio donec incœptus fuerit primus Psalmus: quo incœpto sedetur donec inchoetur **Magnificat** vel **Benedictus** ( ad quæ statur ) nisi quod in Matutinis surgatur post Psalmos & Antiphonas cuiusque Nocturni dicto **Versu**, & stetur donec di-

ctum

ctum sit secretò **Pater noster**. Ad repeti-  
tionem **Antiphonæ** post **Magnificat** vel  
**Benedictus**, iterum sedetur, eaque finita  
surgitur & statur usque ad finē. Aliisverò  
temporibus in **Vesperis** & **Matutinis** hu-  
iūsmodi finita illa **Antiphona** genufle-  
ctitur usque ad finē iuxta rubricas Bre-  
uiarij in ipso officio defunctorum, Ce-  
lebrante tamen ad **Orationem** surgen-  
te: nisi celebrentur pro anniversario E-  
pis̄copi prædecessoris defuncti, vel pro  
aliquo summo viro principe, vel Epi-  
scopo proximè defuncto; quo casu et-  
iam quædam specialia obseruantur,  
quæ explicantur in fine Cærimonialis.

## C A P V T VII.

**De Vesperis solēniter celebrandis  
diebus Dominicis & festiuis per  
Canonicū cū assistentia Can-  
torū seu cantoriā faciētium.**

I. **C**anonius Officium Ve-  
sperarum solemniter fa-  
cturus, indutus pluuiali coloris  
conuenientis supra superpellie-  
cum, vel rochettum, si eo vtatur,

*Cer. l. 2  
cap. 3.*

pro-

procedit è sacristia ad chorūm, medius inter duos Assistentes similiter indutos, iunctis manibus & cooperto capite, præcedentibus aliis ministris superpelliceis indutis, Cæremoniaro & ante omnes Ceroferariis. Cùm peruenient ante altare, ibi omnes recta linea, Ceroferarij omnium postremi hinc inde à lateribus, & Canonicus Officium facturus omnium medius, detecto capite simul genuflexunt; genuflexiique parum per orant, præter ministros superpelliceis indutos ac Ceroferarios, qui statim discedunt ad latera altaris.

2. Canonicus prædictus cum Assistentibus & Cæremoniario, postquam aliquantulum orauerint surgit, & facta pariter altari profunda inclinatione, *vel si in eo sit sanctissimum Sacramentum denuò genuflexione*, salutando Canonicos ab utraque parte chori capit is inclinatione,

natione, ipse ducente Cæremonia-  
rio accedit ad primum stallum,  
seu sedem ab ea parte vbi illa heb-  
domada chorus assignatur (in qua  
fede positum sit puluinar, & alte-  
rum cum tapete super scamno  
seu genuflexorio ante ipsum, su-  
per quo etiam ponitur liber con-  
tinens Antiphonas, Hymnum &  
alia quæ erunt dicenda) vbi sedebit  
paululùm, Assistentes verò sta-  
bunt ante eum in plano chori.

3. Mox facto per Cæremonia-  
rium signo inchoandi surgit, &  
stans detecto capite versus altare  
dicit secretò **Pater noster**, & **Ave  
Maria:** quibus integrè dictis, ma-  
nu dextra, palma manus ad se ver-  
sa, & omnibus digitis iunctis & ex-  
tensis, faciens sibi signum crucis à  
fronte ad pectus & ab humero si-  
nistro ad dextrum, sinistra infra  
pectus posita, dicit in cantu com-  
petenti **Deus in adiutorium  
meum intende**, & in fine iungit

manus

*Pro  
Matu-  
tinis  
ibidem  
cap. 6.*

*Item  
cap. I.*

30 Compend. Cæremon.

Ex  
rubr.  
gener.  
Brenia-  
rii, &  
Cer.  
lib. 1.  
c. 19. &  
Miss.  
in ritu  
celebr.

manus ante pectus, pollicem dex-  
trum ponens super sinistrum in  
modum crucis, extensis ac iun-  
ctis pariter aliis digitis. Quæ om-  
nia seruantur in principio om-  
nium Horarum cum dicitur **Deus**  
**in adiutorium**, & alias semper in  
formanda sibi cruce, & iungen-  
dis manibus ante pectus; præter-  
quam à Celebrante Missam, post  
consecrationem, qui tunc pollices  
ab indicibus non disiungit.

4. Tum unus ex Assistantibus  
cantoriam facientibus, facta altari  
reuerentia, ducente Cæremonia-  
rio accedit ante Celebrantem, cui  
facta reuerentia, & expleto per  
chorum Versu **Sicut erat**, &c. pre-  
intonat **Antiphonam** primi Psal-  
mi; qua præintonatione facta, & si  
Officium sit duplex per Celebran-  
tem repetita, facta iterum reue-  
rentia ante illum & altare, rece-  
dit cum Cæremoniario ad sedilia  
in plano chori disposita hinc in-

de.

de. Reliquæ quatuor **Antiphonæ** præintonantur Canonicis ab vtraque parte chori, incipiendo à dignioribus & consurgentibus aliis iuxta dicta cap. 2. nu. 2. **Psal-mi** intonantur in medio chori, qui alternatim per Canonicos, beneficiatos, aliosque de choro cantari debent in tono & cantu Gregoriano cum grauitate & decoro, ita vt eorum verba ab omnibus intelligantur; sed Versiculus **Gloria Patri**, &c. poterit solemniore vocis modulatione decantari: & finito quolibet Psalmo poterit Antiphona per organum repeti, dum tamen eadem per aliquos seu aliquem clara voce repetatur, vel cum organo cantetur.

5. Expleta Psalmorum & Antiphonarum decantatione, Celebrans surgit detecto capite, & iunctis manibus ante pectus cantat **Capitulum**, accendentibus priùs, & hinc inde ad latus

eius

Lib. 2.  
cap. 1.  
& 5.

*Item*  
*lib. 1.*  
*cap. 28.*

ei⁹ in plano chori astantibus,  
duobus Acolythis cum Assisten-  
tibus : eoque finito vnu⁹ ex Assi-  
stentibus accedens propri⁹ ante  
faciem Celebrantis præintonat il-  
li **Hymnum** quo per illum repeti-  
to Acolythi & Assistentes rece-  
dunt ad loca sua. Hymnum chorus  
prosequitur in cantu plano vel  
musicali, dummodo verba distin-  
cte intelligantur : cui etiam orga-  
num intermisceri poterit, dum ta-  
men verba ipsa Hymni clara voce  
per aliquos pronuncientur , vel  
cum organo cantentur , aliaque  
feruentur de quibus infrà cap. 26.  
Eademque obseruantur circa pro-  
secutionem Cantici **Magnificat**.  
6. Finito Hymno & cantato Versu  
per duos in medio chori ad altare  
versos, vnu⁹ ex ipsis Assistentibus  
rediens ante Celebrantem cum  
debita reuerentia , præintonat illi  
**Antiphonam** ad **Magnificat**, qua  
per eum repetita , si sit duplex  
omnes

Lib. 2.

cap. 1.

Item

lib. 1.

cap. 28

omnes sedent quoisque per cho-  
rum perficiatur, & intonato per  
duos Assistentes cantico *Magni-  
ficat*, Celebrans salutatis hinc in-  
de Canonicis capitis inclinatio-  
ne vadit ad altare cum Assistenti-  
bus ordine quo venerant, & facta  
cum illis altari ante infimum gra-  
dum debita reverentia ascendit  
cum duobus ad medium altaris,  
& eo osculato vertens se ad cornu  
Epistolæ imponit ac benedicit  
thus in thuribulo, ministrante ei  
ibi Assistente cochlear & nauicu-  
lam, & Thuriferario thuribulum;  
acceptoque thuribulo per manus  
eiusdem Assistentis, thurificat  
crucem, reliquias seu imagines &  
altare, nihil dicens, prout dictum  
est c. 3. eodem Assistente eleuante  
partem dextram pluvialis & alte-  
ro sinistram, ne ipsum thurifigan-  
tem impediant: postea reddito  
thuribulo eidem Assistenti ac per  
eum Thuriferario, factaq; altari re-

C

ueren-

uerentia vt prius, redeunt ad chorū salutando iterum Canonicos ab vtraque parte: mox Celebrans stans in loco suo, inuitato prius ad honorem incensationis capitis inclinatione Canonicō proximiori seu digniori qui im- mediatè post eum incēsari debet, incensatur ab eodē Assistēte tripli- ci ductu thuribuli: deinde Thuri- ferarius recepto thuribulo thuri- ficat Canonicos & alios omnes, prout infrā habetur in eius officio.

7. Repetita **Antiphona** post **Ma- gnificat**, accendentibus Cerofera- riis Celebrans stans in loco suo iunctis manibus cantat **Dominus vobiscum, Oremus & Orationem** seu **Orationes**, pro qualitate tem- porum secundū regulas & ru- bricas Breuiarij, ac posteā iterum **Dominus vobiscum**: deinde can- tato per duos in medio chori ver- sus altare **Benedicamus Domino,** & responso per chorūm seu orga- num

num **Deo gratias**, dicit **Fidelium anime**, &c. quo dicto, salutatis Canonicis ab vtraque parte chori, depositurus pluuiale ad sacrificiam discedit cum Assistentibus & aliis, ordine quo venerat : Completorium enim celebratur sine paramentis in habitu chori ordinario.

*Lib. 2.  
cap. 4.*

8. Si *Episcopus* intersit huiusmodi Vesperis, tunc locus *Celebrantis* erit à latere *Epistolæ*, & antequam incipiat

*Ex eodē  
l. cap. 2.*

**Deus in adiutorium**, inclinabit se profundè versus *Episcopum* quasi licentiam petens, qui ipsi capit is nutu annuet : quod præsente *Episcopo* similiter obseruatur in principio aliarū Horarum, & in Completorio & Prima ad **Indulgentiam**, &c. & ad **Benedicat** & **custodiat**, &c. seu **Dominus nos benedicat**, &c. **Capitulum** cantabitur per aliquē ex cantoribus, prout infrā *Episcopo* celebrante : *Episcopus* verò sedens in sua sede imparet ac benedicet incensum, ut supr̄ cap. 3. dum cantatur à choro **Antiphona ad Magnificat**:

*Ex c. 4.*

C 2      Cele-

Celebrans autem thurificato altari stans adhuc in cornu Epistolæ thurificabitur dupli ductu, deinde Episcopus & alijs ut in officio Thuriferarij: & post **Benedicamus Domino** responso Deo gratias, Episcopus capite cooperto, nisi sit Archiepiscopus, dabit solemnem benedictionem (ad quam omnes genuflectunt preter Celebrantem) stans in sua sede vel apud altare, prout infra cap. 23. num. 7. Proinde Versus **Fidelium anime**, &c. non dicitur Episcopo benedictionem daturo, sicuti nec quando post aliquam Horam immediatè sequitur Officium defunctorum aut Psalmi pœnitentiales, vel Missa, prout etiam non dicitur **Antiphona B. Mariæ**, quando immediate post aliquid istorum discedendum est à choro.

*Ex l. 1.  
cap 9.  
In rub.  
Bren.  
Ex Cer.  
l. 2. c. 8.  
& 14.  
Ex  
Bren.  
in nocte  
Natiu.  
Ex  
rubr.  
Bren.  
& ex  
Cer.  
l. 2. c. 1.*

*Cer.  
l. 2. c. 6.*

### C A P V T I I X. **D e Matutinis & Laudibus simili- ter celebrandis.**

I. **C**anonicias eas celebratus, indutus habitu suo canonicali, procedit & sacristia ad cho-

chorum, præcedentibus duobus  
Assistentibus cantoriam facturis,  
& ante eos Cæremoniario, aliis  
autem Canonicis subsequentibus,  
in habitu chori consueto: cùm  
peruenerint ante altare, omnes  
genuflexi aliquantulum orant,  
Canonicus celebraturus cum Af-  
fistentibus in medio chori, alij  
hinc inde ab vtraque parte chori,  
etiam in plano: mox surgunt &  
factis simul altari debit is reueren-  
tiis, Canonicus prædictus salu-  
tans hinc inde alios Canonicos,  
ascendit ad primum stallum ut in  
Vesperis, & ibi sedet, prope eum  
stat Cæremoniarius, ante eum in  
plano chori duo Assistentes, alij  
autem ascendunt ad loca sua.

2. Postquam omnes venerint  
ad sua loca, indicante Cæremo-  
niario surgens dictus Canonicus  
dicit secretò **Pater noster, Ave  
Maria, & Credo:** Deinde pollice  
dextræ manus signans labia paruo

signocruc. dicit cātādō **Domine la-**  
**bia mea aperies**, & responso à cho-  
ro **Et os meum annunciat lau-**  
**dem tuam**, cantat **Deus in adiu-**  
**torium meum intende**, prout in  
Vesperis. Tum duo cantores assi-  
stentes in medio chori cantant ex  
libro super pulpito ante se posito,  
**Inuitatorium** (quod à choro resu-  
mitur) & Psalmum **Venite**, genu-  
flectentes cum aliis ad illa verba:  
**Et procidamus ante Deum.**

3. Repetito **Inuitorio** post  
Psalmū, unus ex ipsis cantoribus  
præintonat Canonico celebranti  
**Hymnum** quo per eum intonato,  
chorus prosequitur ab eadem par-  
te, deinde ab altera, & ita vicissim  
vsque ad finem. Expleto **Hymno**  
idem cantor præintonat eidem  
Canonico **Antiphonam** primi  
Psalmi: secundam autem **Anti-**  
**phonam** præintonat alter primo  
Canonico ab altera parte chori, &  
sic vicissim semper præintonant  
**Anti-**

**Antiphonas** Canonicis ab vtraque parte chori, cum debit is reuerentiis ante eos & altare, acceden do & recedendo: **Psalmos** verò ipsi intonant, stantes ante Antiphonarium in medio chori.

4. Cantato **Veriu** per duos in medio chori, & responso à choro, Celebrans alta voce incipit **Pater noster**, reliquum dicens secretò vsq; ad **Et ne nos inducas in tentationem**, quod dicit alta voce, prout etiam dicit **Absolutiones** & **Benedictiones**. **Lectiones** autē cātatur ex libro super nudo pulpito in medio chori, manibus hinc inde super eo positis, à Canonicis, festis præsertim diebus, incipiendo à iunioribus etiam non Canonicis, si numerus Canonicorum pro illis non sufficiat, seruatis in petenda benedictione, & in fine Lectionis reuerentiis, prout dictum est cap. 6. n. 3. Cæremoniario ducente singulos tempestiuè ad dictum

Cap. 5.

librum Lectionum, cum debitis  
reuerentiis ibi antè & pòst versus  
altare, & alios Canonicos hinc in-  
de, primùm à parte vbi est Cele-  
brās, deinde ab altera: qui si noctu  
cantentur adhibebit paruam can-  
delam, nec à pulpito longius di-  
scendet donec cuiusque Nocturni  
Lectiones sint recitatæ. Ultima  
tamen Lectio cantatur à Cele-  
brante stante in loco suo, induo  
prius pluiali coloris conuenien-  
tis ( duobus cantoribus similiter  
cum eo indutis) accendentibus Ce-  
roferariis & candelabra cum can-  
delis accensis ante eum tenenti-  
bus, donec finita Lectione into-  
nauerit Hymnum **Te Deum lau-**  
**damus**, ipsi ab altero illorum can-  
torum præintonatum: **Benedi-**  
**cctionem** autem ante illam Lectio-  
nem dicit aliis dignior stans in  
loco suo. **Hymnum** chorus pro-  
sequitur in cantu plano vel mu-  
sicali, cui & organum intermisceri

Cap. 14

Ex 6.5

Ibidem

Ep. I.

cap. 28.

pote-

poterit, dummodo versus **Te ergo quæsumus**, &c. à choro, & non ab organo cantetur, aliaque seruentur prout suprà in Vesperis numer. 5.

5. Finito **Hymno** Celebrans inchoat Laudes, cantando **Deus in adiutorium**, &c. in quib[us] circa intonationem Antiphonarum, Psalmorum, Hymni, & Cantici **Benedictus**, eorumque decantationem, thurificationem & alia omnia obseruantur prout in Vesperis: & datâ per Episcopum, si fuerit præsens, **Benedictione**, discedit ut ibi, alias discedit dicto versu

*Ex l. 2.  
c. 1. § 2  
Ex c. 3.*

**Fidelium animæ**, &c. si Prima continuetur; si verò Prima non subsequatur, sed discedendum sit à choro, discedit post **Antiphonam B. Mariæ** dicto **Diuinum auxilium**, &c.

## C A P V T I X.

De officio Thuriferarij in Vesperis & Laudibus solemnibus tam absente, quam præsente, vel etiam celebrante Episcopo.

*Ex Cer.  
lib. I.  
c. II. &  
23.  
Item  
cap. 12.*

I. **A** Colythus seruiens de thuribulo cum prunis, & de nauicula cum cochleari ac thure (quod debet esse boni odoris, & si aliqua aromata bene olentia addantur, aduertatur ut quantitas thuris longè superet) tenebit & gestabit ea eleuatis æqualiter manibus, vna thuribulum (pollice in annulum maiorem immisso, altero verò digito minorem annulum catenulæ eleuanti cooperto-rium thuribili appositum regens) & altera pedem nauiculæ. Cum nauiculam Assistenti vel Diacono datus erit, tenebit eam dextra manu semiapertam, & thuribulum sinistra: cùm verò thu-

thuribulum dabit, tunc illud tenebit dextra, & nauiculam sinistra: quando autem thuribulum offeret Celebranti aut Episcopo ad imponendum thus, tunc illud tenebit sinistra per annulum maiorem, & dextra operculum thuribili per minorem annulum sursum trahet: quando denique ipsemet thurificabit, tenebit prout suprà dictum est capite 3. numero 2.

2. In Vesperis & Laudibus solemnibus ad Cantica **Magnificat** & **Benedictus** accedens ad altare, ita vt eodem tempore eò perueniat cum Canonico celebrante & Assistentibus, facta cum illis altari debita reuerentia, dabit nauiculam semiapertam Assistenti Celebrantis à latere Epistolæ existéti, & mox operculū thuribili sursum trahens offeret illud Celebrati ad imponéndum thus: quo per eū imposito, sinistra

*Ex l.2.*

*cap.3.*

*& 6.*

reci-

recipiens nauiculam ab Assisten-  
te, dextra dabit eidem thuribu-  
lum, & post thurificationem alta-  
ris recipiens, comitabitur Cele-  
brantem ac alios ad chorūm, facta  
cum ipsis altari & Canonicis ab  
vtraque parte chori debita reue-  
rentia; ibique reddet thuribu-  
lum eidem Assistenti, & thurifica-  
to per eum Celebrante recipiens  
thurificabit omnes Canonicos or-  
dine suo dupli ductu, cum pro-  
funda inclinatione ante & post: de-  
inde cæteros de choro vnico du-  
ctu, primo tantum in ordine capi-  
te inclinato. Quòd si thurificatio  
non esset expleta, dum Celebrans  
incipit **Dominus vobiscum** pro  
**Oratione** dicenda, debet cessare.

*Item  
cap. I.*

*Ex eodē  
l.c. I. 2.  
& 7.*

3. Episcopo autem præsente vel cele-  
brante, dum cantatur **Antiphona** ad  
**Magn.** vel **Benedict.** accedens ad il-  
lum cum debitis reverentijs, nauiculam  
dabit Presbytero assistenti, i thuribulum  
verò offeret ipsi Episcopo ad imponen-  
dum

dum thus , si Cæremoniarius non sit paratus ad id faciendum , alioqui enim ad eum spectat thuribulum & nauiculam ad Episcopum deferre : postea apud altare dabit thuribulum Assistenti Celebrantis , & thurificato altari ( ac etiam Celebrante , si sit alius ab Episcopo ) recipiens deferet ad sedem Episcopi , ubi eo per Presbyterum assistentem thurificato , si Episcopus non celebret , recipiens thuribulum thurificabit primò Presbyterum assistentem , deinde Diaconos assistentes , & postea Canonicos , ceterosque de choro , ut suprà : qui omnes Episcopo celebrante thurificantur per eum qui Antiphonas præintonauit .

4. Quandocumque Episcopus celebraturus Vesperas aut Missam sumit paramenta extra chorūm , eo parato dabit nauiculam Presbytero assistenti & thuribulum offeret ipsi Episcopo ad impendūm thus : quo imposito , cum nauicula in sinistra & thuribulo fumigante in dextra procedet ad chorūm ante Ceroferarios ; & ante altare retrahens

Ex l. 1.  
c. 5. &  
23. &  
ex l. 2.  
cap 37.

Ex l. 1.  
cap. 23

Ex l. 1.  
c. 15. &  
ex l. 2.  
cap. 8.

se ad

46 Compend. Cæremon.

*Ex l. 2.  
cap. 3.* se ad latum Epistolæ , facta ibi cum aliis altari debita reverentia , in Vesperis statim discedet ad cornu Epistolæ altaris , ubi super gradu deponet nasiculam cum thuribulo: in Missa autem cum illis remanebit , donec Episcopus facta Confessione ad altare ascendat , & tunc pariter accedens ministrabit illa ut infrà cap. 20.

C A P V T X.

De officio Ceroferariorum in eisdem Vesperis , Matutinis ac Laudibus.

*Ex l. 1.  
cap. II.* I. **D**uo Acolythi ministraturi de candelabris cum cereis debent in statura , quantum fieri potest , æquales assumi , ut lumina-ria æqualiter teneant & deferant . Candelabra capient quidem ma- nu dextra , sed qui à dextris ince- det , statim ponet manum fini- stram ad pedem candelabri , dex- trā ad globum tenens : qui verò à fini-

sinistris incedet, ponet dextram ad pedem, & sinistram ad globum; cumque reuerentias erunt facturi, illas æqualiter & eodem tempore facient; denique eundo, stando ac redeundo in omnibus actibus inter seiplos, & cum aliis ministris se conformabunt: sed ad verba ad quæ est inclinandum aut genuflectendum, ipsi tenetes candelabra non inclinabunt aut genuflectent, sed permanebunt stantes ac si essent immobiles.

2. Quandocumque siue Canonicus siue Episcopus Vespertas aut Missam celebraturus, paramentis indutus procedit cum Assistantibus seu ministris e sacristia ad chorum, præferunt ut suprà candelabra cum cereis accésis: & cùm peruererint ante altare, ibi consistentes hinc inde à lateribus eorum, factis cū illis debit is reuerentiis, statim discedunt, in Vesperis quidem ad latera altaris, vbi super

gradu

*Item ex  
l. 2. c. 8.*

*& ex  
Miff.*

*in rubr.*

*gener.  
tit. 17.*

*n. 4.*

*Ex l. I.*

*cap. 15.*

*Ex l. 2.*

*cap. 3.*

gradu vel plano inferiori depo-  
nunt candelabra extinctis cereis:  
in Missa autem ad credentiam,  
super qua deponunt cum cereis  
accensis. Pari modo etiam præfe-  
runt, cum finitis Vesperis aut  
Missa, depositurus paramenta ad  
sacristiam reuertitur, & item in  
omnibus Processionibus.

*Ex c. 8.  
& Miss.  
in ritu  
celebr.*

*Lib. 2.  
c. 3. & 6*

3. In Vespere & Laudibus so-  
lemnibus absente Episcopo, finitis  
Psalmis accedent ad Celebrantem  
sine candelabris & cereis, & facta  
ei profunda reuerentia afflent  
hinc inde ad latus eius in plano  
chori donec cantato **Capitulo** in-  
tonauerit **Hymnum**: quo intonato  
facta illi denuò reuerentia rece-  
dent ad loca sua. Et dum cantatur  
*Ex c. 1.  
& 7.* **Antiphona ante Magn.** aut **Bene-  
dict.** tam præfente vel etiam cele-  
brante Episcopo, quam absente,  
accedentes ad altare cum debitis  
reuerentiis eleuabunt hinc inde  
anteriorem partem superioris to-  
baleæ

baleæ seu veli super altari positi,  
illam conduplicando vsque ad  
medium & thurificato altari re-  
ducent prout erat super altari.

4. Dum repetitur eadem **Antiphona** post **Magn.** aut **Benedict.**  
accensis priùs cereis, ducente Ce-  
remoniario deferent cum debitibus  
reuerentiis à lateribus altaris ante  
celebrantem siue Canonicum siue  
Episcopum, & tenebunt ante il-  
lum hinc inde faciebus ad inui-  
cem versis, vsque ad finem Vespe-  
rarum seu Laudum, & tunc rece-  
dent cum illo ad sacristiam : sed si  
*Episcopus celebrans dimissurus sit para-*  
*menta apud sedem, dum repetit **Do-***  
**minus vobiscum** post **Orationem**  
seu **Orationes**, factis debitibus reue-  
rentijs, reducente Ceremoniario redi-  
bunt ad altare, ubi in suo loco reponent  
candelabra extinguedo cereos. In Ma-  
tutinis verò dum cantatur octauum  
**Responsorium** deferent similiter ante Canonicum cele-

*Ex 1.2.  
c.1.2. 3.  
& 7.*

*Ex c.8.*

*Cap. 6.*

D brantem,

brantem, & tenebunt ante eum  
d. nec cantata **Lectione** intona-  
uerit Hymnum **Te Deum lauda-**

Ex 6.14

**mus.** Et in nocte Natiuitatis Domini  
etiam tenebunt ante celebrantem tam  
Episcopum, quām Canonicū, dum can-  
tat **Orationē**finito Hymno **Te Deum.**

Ex l. 1.

cap. 23.

Ex l. 2.

cap. 10.

5. In Vesperis & Laudibus pro de-  
functis non conduplicant velum alta-  
ris, quia nulla fit eius aut aliorum thur-  
ificatio: ad **Orationem** tamen tenent  
candelabra cum candelis accensis ante  
Celebrantem, ut alias.

## C A P V T X I.

**De Vesperis celebrandis per Epi-  
scopum in maioribus sole-  
nitatibus.**

Ex Cer.

l. 2.c.1.

G. 2.

I. **S**i Episcopus Missam solēnem  
sequentī die celebraturus sit,  
aut eodem die celebrauerit, Ve-  
speræ solemnius peragūtur, quām  
si eam non esset celebraturus aut  
celebrasset. Facturus itaque Offi-  
cium in Vespere siue primis siue  
secundis, si Missam quoq; sequēti

die

die celebrabit seu eodem celebrauerit, postquam ad sedem suam peruenierit & in ea paululum sederit, surgit & deposita cappa induitur sacris parametis per Diaconos qui ei a lateribus assistent iam paratos, Acolythis & ministris ea ex altari ordine afferentibus; videlicet primò Amictu, quē in medio vbi crux est osculatur, deinde Alba & Cingulo, tum Cruce pectorali & Stola (quas similiter osculatur) ac Pluuiali cum pectorali in coniunctura illius, denique sedens Mitra, & Annulo qui ei imponitur per Presbyterum assistentem.

2. Si verò Missam non celebrabit aut celebrauerit, ad Vesperas non in sua sede, sed in sacristia vel alio loco ad id præparato induetur: ibique omnibus paramentis prout suprà indutus, ministrante Thuriferario thuribulu & Presbtero assistente cochlear & nauiculam thuris, imponet ac

*Ex l. 1.  
cap. 15.  
¶ l. 2.  
cap. 8.*

D 2      bene-

benedicet thus, prout suprà c. 3.  
num. 4. Deinde surgens, facta ite-  
rum cruci ibi super altari existen-  
ti reuerentia, prout in ingres-  
su, procedit cum baculo pastorali  
in manu sinistra, parte curua ba-  
culi ad populum versa, ac dextra  
benedicens, ad chorum, medius  
inter Diaconos assistentes, præce-  
dente Presbytero assistente cum  
aliis Canonicis & duobus Cero-  
ferarijs ac inter eos aliquo crucem  
portante, & ante omnes Thurife-  
rario, subsequentibus verò eum a-  
lijs suis ministris seu capellanis: &  
cum peruenierit ante altare, depo-  
sito ibi baculo, cum Mitra caput  
illi profundè inclinat, & genufle-  
xus super puluino aut genuflexo-  
rio, deposita Mitra paululùm  
orat, alijs præter Assistentes, Cæ-  
remoniarium, & ministros de ba-  
culo & Mitra seruientes, statim  
recedentibus ad loca sua: mox  
surgens, recepta Mitra & baculo,  
facit

Ex l. 1.

cap. 8.

& 18.

facit altari iterum reuerentiam caput inclinando, & ducente Cæremoniario accedit cum Assisten-tibus ad sedem suam Episcopa-lem, salutans exigua capitis incli-natione Canonicos hinc inde, qui ei profundè inclinant, ibique red-dito baculo ministro paululùm sedet. Cùm Episcopus indutus paramentis paululùm federit in sua sede, deposita Mitra surgit, & stans versus altare dicit secreto **Pater noster**, &c. prout dictum est de Canonico celebrante c. 7. nu. 3. & stans adhuc sine Mitra suo tem-pore intonat **Antiphonam** primi Psalmi siue ex libro siue memori-ter, prout magis placuerit, sibi pre-intonatum ab eo ad quem de consuetudine Ecclesiæ spectat, & incoepio Psalmo sedet cum Mitra, & cù ea caput inclinat ad **Gloria Patri**, &c. in fine cuiuslibet Psalmi. Secunda **Antiphona** præintonatur Diacono affienti à dextris

Episcopi, tertia Presbytero afflenti, quarta primo Canonico in choro residenti, quinta Diacono afflenti à sinistris Episcopi, si videlicet Episcopus Missam quoque solemniter celebrabit aut celebrauerit; alioqui reliquæ quatuor **Antiphonæ** præintonabuntur Canonicis prout suprà c. 7 n. 4.

4. Expleta Psalmorum & Antiphonarum decantatione, is cui ex consuetudine Ecclesiarum Capitulum cantare conuenit, ducente Cæremoniario accedit cū debitis reuerentijs ad locum vbi solet cantari Epistola in Missa, ibique tenens sibimet librum cantat **Capitulum** (quod etiam seruatur in Tertia Episcopo eam celebrante ad quod Episcopus surgit cum Mitra, & post præintonatum sibi **Hymnum**, statim deposita Mitra, illū intonat iunctis manibus (si fuerit Hymnus **Veni creator Spiritus**, vel **Ave maris stella**, omnibus prius genuflecten-

flectentibus, ipse quoque statim post intonationem genuflectit in loco suo super puluino aut genuflexorio, & finito primo versu surgit) & stat sine Mitra donec intonauerit **Antiphonam** ad **Magn** sibi præintonatam tum sedens accipit Mitram, & vt suprà imponit thus in thuribulum allatum per Thuriferarium, Presbytero assistente cochlear & nauculam porrigente.

5. Dum chorus incipit Canticū **Magnificat**, surgit cū Mitra, & facto sibi signo crucis à frōte ad pectus, acceptoq; sinistra manu baculo, medius inter Diaconos assistentes pergit ad altare, ante cuius infimum gradum depositis baculo & Mitra, factaq; altari profunda inclinatione, ascendit ad medium illius, & osculato eo capit de manibus Presbyteri assistentis thuribulum, quod ille de manu Thuriferarij accepit, & facta cruci profunda reverētia thurificat illā tripliciductu

nihil dicens: deinde facta illi iterum reuerentia thurificat reliquias seu imagines aut altare, prout dictum est cap. 3. num. 3. postea redditio thuribulo Presbytero assistenti recipit Mitram , & facta cruci reuerentia in medio altaris, receptaque baculo redit ad sedem suam , ubi stans thurificatur ab eodem Presbytero , nullam ei reuerentiam exhibens, sed post thurificationem faciens signum crucis super eum, ut dictum est cap. 3. num. 1. & deposita tunc Mitra permanet stans cum baculo usque ad finem Cantici : interim is qui Antiphonas praintonauit, thurificat primò Presbyterum assistentem, deinde Diaconos assistentes, mox Canonicos & alios in choro ordine, incipiens a dignioribus, & obseruans reuerentias & numerum thurificationum , prout ibidem num. 1. & 2.

6. Finito **Cantico** Episcopus  
depo-

Lib. I.  
cap. 2 3.

deponit baculum , & sedens recipit Mitram, eaque post repetitam **Antiph.** per chorum seu organum rursus deposita surgit , & stans versus altare iunctis manibus cantat **Dominus vobiscum, Oremus** & **Orationem** vel **Orationes** ( si plures sint dicendæ ) ex libro sustentato per Presbyterum assistentem , & post **Orationem** seu **Orationes** iterum **Dominus vobiscum** posteà dicto per chorum **Benedicamus Domino**, resumit Mitram , & responso per eundem chorum seu organum **Deo gratias**, stans in sua sede, si inde à populo commodè videri potest , sin minus accepto baculo pastorali accedens ad altare , facta illi profunda reuerentia cum Mitra , dat benedictionem dicens: **Sit nomen Domini**, &c. prout infrà in Missa Pontificali. Archiepiscopus verò, quia vtitur cruce tunc allata ante ipsum per Capellatum , deposita

Mitra illi caput profunde inclinat  
& dat benedictionem. Mox exui-  
tur paramentis in loco vbi ea as-  
sumptit, per eosdem Assistentes,  
& pariter Canonici paramentis  
induti eadem deponunt. Indul-  
gentiæ enim in Vesperis nunquam  
publicantur, & Completorium  
celebratur sine paramentis: cui si  
Episcopus interesse voluerit aut  
aliis paruis Horis, erit cum sua cap-  
pa in choro in loco suo seu stallo.

*Lib. 2.**Cap. 4.**Cap. 7.*

## C A P V T XII.

De Matutinis & Laudibus per E-  
piscopum celebrandis.*Cer. 1.**z. c. 5.**Op. 7.*

I. **E**piscopus in Matutinis Offi-  
cium facturus, postquā per-  
uenerit ad locū suum seu stallum  
in choro, ornatum panno aliquo  
vel tapete cum puluinaribus, se-  
debit aliquantulam cucullo cap-  
pæ supra caput reducto, vel cum  
bireto, prout magis placebit,  
aptatis in gyrum fimbrijs cappæ

per

per aliquem suum Capellanum  
vel Cæremoniarium. Apud eum  
nulli erunt Assistentes. Mox sur-  
get, & stans detecto capite ver-  
sus altare dicet secretò **Pater no-**  
**ster**, &c. prout dictum est de Ca-  
nonico celebrante cap. 8. num. 2.  
Si erit Missam celebraturus, com-  
petenti voce incipiet **Hymnū** si-  
bi præintonatum; alias non: quem  
in nocte Natiuitatis primam Missam  
celebraturus incipiens manus leua-  
bit & iunget, caputque versus altare  
inclinabit ob reuerentiam diuinæ in-  
uocationis. **Antiphonæ** præintonabun-  
tur Canonicis incipiēdo à dignioribus.  
2. Post Psalmos cuiusque No-  
cturni, finito **Versu** stans detecto  
capite alta voce incipiet **Pater**  
**noiter**, aliaque dicet & seruabit  
prout Canonicus celebrans; exce-  
pto quod secundā, tertiam, quin-  
tā, sextā & octauā **Benedictiones**  
dicat sedendo, & finita qualibet  
**Lectione** faciat signū crucis versus

Cap. 14

Cano-

Canonicum , qui eam cantauit,  
versus se inclinatum ; vel si forte  
non sit Canonicus qui eam canta-  
uit , illi ante se genuflexo offerat  
manum dextram exteriū oscu-  
landam , deinde faciat signum  
crucis super eum nihil dicens.

3. **Lectiones** cantabuntur à Ca-  
nonicis iunioribus, vt suprà cap. 8.  
nu. 4. facta tamen in medio chori  
ante pulpitu loco Canonicorum  
Episcopo profunda reuerentia  
antè & pòst quod etiam aliàs pre-  
sente Episcopo seruatur ) sed si  
forte non essent Canonici qui  
cantarent priores Lectiones , illi  
deberent reuerentias omnes tam  
versus Episcopum , quam versus  
altare facere cum genuflexione ,  
& finita Lectione accedere ante  
Episcopum , ac genuflexi osculari  
manum eius , acceptaque benedi-  
ctione redibunt ad locum suum .  
Penultimam & antepenultimam  
Lectionem cantabunt qui in Mis-

fa

sa assistent à lateribus Episcopi.  
4. Episcopus autem cantaturus  
vltimam **Lectionem** stans cum  
cappa detecto capite versa facie  
ad altare ( accendentibus tunc ad  
eum cum debitiss reverentiis duo-  
bus Diaconis assistentibus , & mi-  
nistro de libro seruiente & alio de  
candela) dicet cantando Iube **Do-**  
**mine benedicere**, & non **Domne**,  
cui absolutè respondetur per cho-  
rum **Amen**: in fine autem Lectio-  
nis dicens **Tu autem Domine**, &c.  
caput versus altare profundè in-  
clinabit. Si verò adesset in choro ali-  
quis maior ipso, versus ad eum peteret  
benedictionem, dicendo, ut alij, **Iube**  
**Domne**, & ille stans in loco suo di-  
ceret **Benedictionem**: factis tamen  
priùs mutuis reverentijs. Finita Le-  
ctione & responso per chorūm  
**Deo gratias**, si est Missam celebra-  
turus, intonabit Hymnum **Te**  
**Deum laudamus**, sibi præinto-  
natum.

In

5. In fine **Hymni** Episcopus in sede Episcopali capiet paramenta prout in Vesperis, quibus indutus inchoabit Laudes absolutè cantando **Deus in adiutorium meum intende**, & signando se signo crucis; **Antiphonæ** præintonabuntur prout ibidem Episcopo Missam non celebraturo, aliaque omnia fient & obseruabuntur prout ibi explicatum est.

## C A P Y T X I I I .

**De officio Canonicorum, præser-  
tim Presbyteri & Diacono-  
rum assistentium Episco-  
po in Vesperis &  
Laudibus.**

*Ex l. 1.  
c. 15 &  
l. 2. c. 1.*

*Lib. 1.  
cap. 7.*

I. **C**anonici postquam cum Episcopo Officium Ves-  
rarum facturo locū ubi induetur  
paramentis ingressi altari reue-  
rentiam fecerint, statim capiunt  
sua paramenta, dignior ex omni-  
bus

bus (qui erit Presbyter assistens) pluuiale siue formalio ad pectus, duo primi ex ordine Diaconali si Præbendæ sint distinctæ, alioqui duo primi post Presbyterum assistentem (qui Episcopo à lateribus assistent) dalmaticas; alij habentes dignitates pluuialia, Presbyteri casulas, Diaconi & Subdiaconi dalmaticas & tunicellas coloris conuenientis, acceptis priùs & circa collum compositis amictibus supra superpelliceum vel rochettum, si eo vtantur, si videlicet Episcopus Missam solemnem sequenti die celebraturus sit seu eodem die celebrauerit, & haberi possint paramenta pro omnibus: aliás ad Vesperas tantum quatuor aut sex digniores seu primi pluuialibus parantur, prout fit semper in Laudibus, & si Episcopus Missam non celebrabit aut celebrauit, Presbyter assistens in Vesperis

Ibidem  
cap. 8.

Lib. 1.  
c. 15. §  
l. 2. c. 2.

Lib. 2.  
cap. 7.

(qui)

(qui tunc videtur debere esse pri-  
mus post dignitates seu paratos,  
prout Episcopo non celebrante  
sed tantum præsente) erit in habi-  
tu suo Canonicali, sicut & Diaconi  
assistentes, prout semper in  
Laudibus.

*Ex l. 1.  
cap. 7.* 2. Presbyter assistens imponit  
Episcopo sacris paramentis indu-  
to Annulum; coque imposito, pro  
accessu ad chorum si extra illum  
sint, accipiens nauiculam cum co-  
chleari à Thuriferario, ministrat  
*Item  
cap. 23.* illa Episcopo ad imponendum  
thus, prout suprà dictum est c. 3.  
nu. 5. Quo modo & forma etiam  
aliás ministrat ipsi quoties thus  
imponendum ac benedicendum  
est, tam in Vesperis & Laudibus  
quam in Missa, siue Episcopus  
ipsemet celebret, siue sit tantum-  
modo præsens, præterquam dum  
celebrans Missam est apud alta-  
re vel faldistorium, tunc enim  
Diaconus Euangelij istud facit.

*Ex l. 1.  
c. 9. &  
23. &  
l. 2. c. 8.*

Item

Item cùm Episcopus ex libro **Antiphonam** aut **Hymnū** intonatus est , vel **Orationem** cantatus , sustinet illum ante Episcopum , ministro qui de libro seruit eum subministrante ac adiuuante . Dum cantatur per chorum **Antiphona** ad **Mag.** vel **Benedict.** ministrato vt suprà Episcopo celebranti thure , exspectat stans donec **Antiphona** perficiatur , & inceps **Cantico** sequitur Episcopum euntē ad altare : quo per eum osculato , porrigit illi thuribulum acceptum de manu Thuriferij , modo supradicto cap . 3 . n . 6 . & dum Episcopus thurificat crucem & altare , eleiat illi partem dextram pluialis ne illum thurificantem impeditat , & finita thurificatione stans in cornu Epistolæ recipit thuribulum cum osculis dextræ manus Episcopi & summitatis catenularum & reddit Thuriferario : cumque Episco-

E pus

pus redierit ad sedem suam,  
stans ante infimum gradum so-  
lij Episcopalis recepto thuri-  
bulo thurificat illum triplici  
ductu , ante & post profundè  
inclinans: prout etiam alias thu-  
rificat illum, quoties existens in  
sede Episcopali est thurifican-  
dus , quamuis non celebret:  
mox deposito thuribulo ad ma-  
num eius qui Antiphonas  
præintonauit , accedit ad se-  
dem suæ assistentiæ (quæ erit  
prope Episcopum , ante eum  
à dextris si situs loci patia-  
tur ; ita vt directè non ver-  
tat ei renes, sed sit semiuersus)  
vbi stans thurificatur ab illo du-  
plici ductu . Finitis Vesperis  
deponit paramenta cum Episco-  
po.

*Lib. 1.  
cap. 23.*

*Ibidem  
quoque  
G. l. 2.  
cap. 1.*

*Ex l. 1.  
cap. 8.  
Ex l. 2.  
c. I. G. 7*

3. Officium Diaconorum assi-  
stentium hinc inde à lateribus  
Episcopi est , vt illum ad Ve-  
speras & Laudes induant & ex-

uant

uant paramentis ( ad Missam enim hoc faciunt Diaconus & Subdiaconus Euangelium & Epistolam cantaturi) illum procedentem à sacristia ad altare & ab altari ad sedem, vel è contrà, detectis capitibus deducant, ipsum medium facientes ac fimbrias anteriores pluuialis hinc inde subleuantes, & brachia eius sustentantes si opus fuerit; & dum ad Vesperas genuflectit ante altare super faldistorio, aptent super eo decenter hinc inde latera pluuialis. Item quoties Episcopus apud sedem eleuat manum dextram, signando se aut alios seu rem aliquam signo crucis, vel alia de causa, toties à dextris assistens parum eleuat pluuiale à suo latere: cum autem eleuat ambas manus, vel daturus est benedictionem solemnem, ambo hinc inde subleuant fimbrias pluuialis.

*Ibidem*  
cap. 8.  
¶ l. 1.  
c 9 &  
10.

E 2 quod

quod similiter faciunt quando aliquid ex libro cantaturus seu lecturus est: quo casu etiam apponunt manus super libro , & senior à dextris assistens vertit folia cum opus est , & iunior à sinistris digito indicat id quod cantandum seu legendum est . Ipsorum quoque est , Episcopo imponere & auferre Mitram , quoties in Vesperis & Laudibus imponenda vel auferenda est , quod videbunt ex suprà dictis cap. 11. Et quidem iunior à sinistris assistens auferet illam & dabit ad manus ministri de ea seruientis : senior verò seu dignior à dextris assistens imponet , altero à sinistris adiuuante & vittas à tergo Episcopi aptante . Aduertendum autem est , quod tam in Missa , quam in Vesperis & Laudibus existente Episcopo apud sedem , sedenti semper auferatur & imponatur : sed quando est apud altare , stanti aufertur

&amp;

& imponitur, nisi genuflectendum ei sit pro Oratione facienda, quia tunc genuflexo aufertur (non existente videlicet sanctissimo Sacramento in altari) & stanti imponitur. Cessat vero usus Mitrae in ipsis Officiis Horarum & Missae, existente Sacramento super altari. Denique cum sedendum est, sedent hinc inde a lateribus Episcopi super scabellis nudis.

*Ex l. 1.  
cap. 2.*

*Ex c. 12*

#### C A P V T X I V .

### De officio ministrorum seruientium Episcopo de Baculo Pastorali, de Mitra, de libro & de candela.

I. **M**inistri inferiores, cum Episcopus siue ad Vesperas aut Laudes, siue ad Missam induitur & exuitur sacris paramentis, ea ex altari ordine afferrunt & referunt unus post alium, praeter familiares seruientes ad

*Ex l. 1.  
cap. II.*

E 3      lotio-

lotionem manuum in Missa. Illi qui seruiunt de baculo pastorali, de Mitra, de thuribulo, & de candelabris, & in Missa de ampullis vini & aquæ, ubi commodè fieri potest, sint in Ordine Acolythatus, ut disciplinæ dignitas, quo ad eius fieri possit, conseruetur.

2. Primus qui seruit de baculo, indutus pluiali supra superpelliceum, vel solo superpelliceo, iuxta consuetudinem loci, ipsum baculum seruabit, tenens eum manu dextra cooperta extremitate superpellicei: sed nudum ad manum sinistram Episcopi cum osculo manus, cum opus erit, offeret & recipiet. Utitur autem Episcopus baculo in sua Dioecesi, quoties indutus paramentis procedit e sacristia ad altare vel ab altari ad sedem, aut e contrâ: item cum cantatur **Magn.** vel **Benedict.** aut in Missa **Evangeliu[m],** & cum solemniter populo bene-

Ex. c. 17

benedicit, videlicet dum incipit producere signum crucis & non prius, dummodo inquam sit p-  
ratus; Item in Processionibus, in quibus si longioris sint viæ, vel Episcopus deferat aliquas reliquias vel sacram imaginem, aut sanctissimum Sacramentum, vel candelam aut palmam, portatur immediatè ante Episcopum paratum pluuiali, ambabus manibus à terra eleuatus. In Officiis & Missis defunctorum non est usus baculi.

*Ex l. 2.  
c. 32. &  
33. 16.  
& 21.*

*Lib. 1.  
cap. 17.*

3. Acolythum de Mitra seruien-  
tem, qui cū reliquis ministris (pre-  
ter eos qui seruiunt ad lotionem  
manū in Missa) erit in habitu &  
tonsurā clericali, ac superpelliceo  
indutus, oportet mappā sericeam  
oblongam à collo pendentem ge-  
rere, qua vtatur ad Mitram susti-  
nendam, ne illam nudis manibus  
tangat: tenens illam habeat vittas  
seu infulas illarum versus  
se, & cūm deponit super altari,

sive super credentia vittæ exteriū pendeant. Cautè autem aduertat vt cùm ea Episcopo impo-nenda auferendāue erit ( quod in Vesperis & Laudibus colliget ex cap. 11. in Missa autem ex cap. 23.) illico lateri Diaconi illam impo-situri vel ablaturi adhæreat, Mi-tram offerens vel recipiens.

4. Minister de libro seruiens cu-rabit, vt signacula in eo sint rectè suo loco disposita, ne cùm aliquid ex eo cantandum seu legendum est, indecenter huc illuc folia ver-tete cogatur; reponet illum in lo-co decenti, & quoties Episcopus paramentis indutus, erit aliquid ex libro cantaturus, eum tem-pe-stiuè afferet cum debitis reveren-tiis Presbytero assistenti, qui il-lum ante Episcopum sustinebit, & ipse à finistris Episcopi stans adiu-uabit Presbyterū in sustétatione: cùm verò aliquid ex eo leget, vt infrà cap. 22. vel non indutus can-

tabit

*Item ex  
c. 7. &  
l. 2. c. 8.*

*Item ex  
c. 20. &  
l. 2. c. 8.  
& 5.*

tabit vt in Matutinis , ipse met su-  
stinebit illum ante Episcopum  
ambabus manibus ab inferiori  
parte libri positis , altius vel de-  
missius pro commoditate Episco-  
pi: nec tenens librum se mouebit  
aut genuflectet etiam si Episcopus  
& alij omnes genuflecterent , cum  
instar pulpiti sit , nisi forte ob  
commoditatem Episcopi legen-  
tis eum genuflectere magis expe-  
diret , vt cum leget Psalmos ante  
Missam .

5. Cum ministro de libro ser-  
uiente semper accedit aliis ante  
Episcopum , tenens instrumētum  
argenteum , quod buciam vocant ,  
cum candela desuper accensa , et  
iam si aér sit lucidus , vt opus non  
sit lumine ad videndum . De Thu-  
riferario & Ceroferariis dictum  
est suprà cap . 9. & 10.

Lib. I.  
c. 20. &  
ubi sup.  
nu. præ-  
ced.

## C A P V T X V.

**D**e ordine standi, sedendi & genuflectendi ab omnibus sub Missa.

*Ex rub.  
gener.  
Mis. tit.  
17. &  
Car. l. 2  
c. 8. 11.  
12. 18.  
& 19.  
Car. l. 2  
c. 31. &  
Miss. in  
fine.*

1. **A**d Asperionem aquę benedictę (quę ante Missam in omnibus Dominicis, Episcopo non celebrante fit cum aqua benedicta prius in sacristia per Sacerdotem celebrantem vel alium deputatum, präterquam in Dominicis Paschæ & Pentecostes, in quibus fit cum aqua pridie benedicta in fonte baptismi & ante infusionem olei & chrismatis accepta) omnes de choro stare debent à principio illius usque ad finem, & dum Celebrans cum aspersorio ante eos accedit, debent ei caput inclinare, & aspersionem reuerenter recipere.

2. Ad Confessionem cum suo Psalmo genuflectitur ab omnibus qui non sunt Prælati nec

para-

paramentis induti (à quibus tamen in Missis defunctorum & aliis paulò infrà ponendis etiam genuflectitur præterquam apud altare) donec Celebrans cum ministris ad altare ascendat: tunc surgitur & statur donec ipsi absoluuerint **Kyrie eleison**, quo per eos absoluto, Celebrante sedente omnes pariter sedent donec idem per chorum absoluatur: idem obseruatur circa **Gloria in excelsis**.

3. Ad **Dominus vobiscum** & **Orationem seu Orationes**, statur ab omnibus: illis autem finitis sedetur ab omnibus de choro sub **Epistola, Prophetia aliaue Lectione, Graduali, Tractu, Alleluia** seu aliis usq; ad **Dominus vobiscu** ante **Evangeliū**, excepto quod dum cantantur in **Epistola Dominicæ palmarū & Missarū de Cruce** illa verba:  
**Vt in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & in Tractu quadragesimæ Versus Adiuua**

*Item  
cap. 21.*

*nos*

**nos Deus**, &c. & in Missis de Spiritu sancto, Versus **Veni Sancte Spiritus**, &c. genuflectatur ab omnibus, etiam à Celebrante & ministris. Exceptis quoque Missis defunctorum, feriarum aduentus, quadragesimæ, quatuor temporum, & vigiliarum quæ ieunantur (præter vigilias Paschæ, & Pentecostes ac Nativitatis Domini) in quibus ad **Orationes** genuflectitur ab omnibus, præterquam à Celebrante, Diacono & Subdiacono ac Assistente si quis sit; Item genuflectitur ab omnibus, præterquam à Celebrante, dum cantatur **Flectamus genua**, & mox surgitur & statut ad illas **Orationes**.

4. **Ad Dominus vobiscum** ante **Euangelium** surgitur & statut versus Diaconum canentem: qui dum canit **Initium vel Sequentia sancti Euangeli**, &c. omnes pollice dextro signant se signo crucis in fronte, ore & pectore, & dum profert nomen ad quod iuxta dicta cap. 6. nu. 1. inclinandum est,

omnes

omnes inclinant ( & ad nomē **Iesu** versus crucē altaris, præter Diacōnum) ad verba autē Euangelij S.Ioannis: **Et Verbum caro factum est**, & ad illa Euangelij Epiphaniæ : **Et procedentes adorauerunt eum**: item ad illa Euangelij feriæ quartæ post Dominicam quartam quadragesimæ : **Et procedens adorauit eum**: & in Passione ad illa, **Exspirauit**, vel **Emisit** seu **Tradidit spiritum**, omnes genuflectunt (Diaconus versus librum, Celebrans verò & alii versus altare) præter Subdiacōnum tenentem librum, & Acolythus tenentes candelabra.

5. Dum Celebrans dicit **Credo**, statur quoque in choro donec illud cum ministris absoluerit, & tunc sedente eo sedetur pariter in choro, donec idem in cantu absoluatur, nisi quòd ad cantum Versiculi: **Et incarnatus est**, usque ad **Et homo factus est**, inclusuè, genuflectatur ab omnibus qui non sunt induti paramentis: at

Item ex  
lib. I.  
cap. 21

illis

illis induiti, si tunc sedent non genuflectunt, sed caput tantum profundè inclinant versus altare, exceptis tribus Missis Natiuitatis Domini, & Missa diei Annuntiationis B. Mariæ, in quibus semper ad illum **Verseculum** cum alijs genuflectunt.

6. Ad **Dominus vobiscum** post **Symbolum seu Euangelium** standum ab omnibus donec chorus inceperit **Offertorium**, quo incepto, nisi sit offerendum statim sedetur ab omnibus de choro usque ad **Præfationem**, nisi quod post thurificationē altaris & Celebrantis stetur hoc pacto iuxta supradicta de cōsurrectione c. 2.n.2. Episcopus si fuerit præsens, accipiens thurificationem stat, stantibus pariter omnibus, & accepta thurificatione iterum sedet, & pariter cū eo omnes alij præter Assistentes illius, qui manent stantes donec & ipsi fuerint thurificati.

Ca-

*Ex l. i. 1.  
c. 18. §  
29. §  
lib. 2.  
cap. 16.*

Canonici in choro residentes iterum surgunt dum incipit ipsorum thurificatio, & vna cum eis beneficiati & alij clerici ibi sedentes (si adsit laudabilis consuetudo ut ante laicos thurificantur) & stant donec omnes Canonici sint thurificati: quibus tum sedentibus reliqui manent stantes donec & ipsi fuerint thurificati. Similiter & laici surgunt dum incipit ipsorum thurificatio, & stant donec perficiatur. Vbi verò Magistratus & officiales maiores ciuitatis thurificantur ante beneficiatos seu clericos, ibi hi non surgunt cum Canonicis tanquam diuersus ab eis chorus seu ordo, sed demum post thurificationem Magistratus, dum incipit ipsum thurificatio.

7. Ab initio **Prafationis** standum est, & continuanda statio usque ad Antiphonam quæ dicitur **Communio**, nisi quod genua

flectan-

flectantur ad **eleuationem** sanctissimi Sacramenti donec fiat eius adoratio, quo tempore chorus filet & cum aliis adorat. In Missis autem defunctorum, feriarum aduentus, & alijs suprà positis dicto per Celebrantem **Sanctus**, flectuntur genua usque ad **Pax Domini**, ab omnibus, præterquam à Celebrante, Diacono, Subdiacono, Assistente & Acolythis tenentibus funalia seu intorticia, qui se gerunt prout infra dicetur in ipsorum officiis.

8. Dum cantatur **Communio** in quavis Missa sedetur ab omnibus de choro. Ad **Dominus vobiscum** ante **Orationem seu Orationes post communionem** surgitur, & statur usque ad finem Missæ: ubi cum Celebrante genuficitur ad verba Euangeliij S. Ioannis seu alterius, ad quæ suprà diximus genuflectendū. Excipiuntur tamen hīc quoque Missæ defunctorum & alia ut suprà, in quibus ab omnibus, præterquam à Celebrante, Diacono &

Sub-

Subdiacono ac Assistente, flectuntur genua ad **Orationes postcommunionem**, & ad **Orationem super populum**, ad quam etiam capita inclinantur. Item genuflectitur ab omnibus præterquam à Celebrante ad solemnem benedictionem Episcopi versa facie ad ipsum.

Lib. 2.  
c. 18.  
Ex l. 1.  
c. 9. &  
Miss. in  
ritu ce-  
lebran.

## C A P V T xvi.

## De officio Sacerdotis celebrantis Missam solemnem.

1. **S**acerdos Missam solemnem celebraturus, omnibus paramentis indutus ut in Missa priuata, facta reuerentia cruci, vel imagini illi quæ in sacristia erit, accedit ad altare, cooperto capite, demissis oculis, incessu graui, erecto corpore & iunctis manibus ante pectus, \*præcedentibus ministris: vel si ob **asperionem** aquæ benedictæ, benedictionem candelarum, cinerum vel Palmarum, aut Processionem ante Missam faciendam, loco pla-

Ex Mis.  
in ritu  
celebr.  
& Cer.  
l. 2. c. 9.

\*Cer.  
l. 1. c. 15  
Ibidem  
& in  
fin. Mis.  
Cer. l. 2  
c. 17. &  
19. &  
Miss. in  
rubr.  
gener.

F

netæ tit. 19.

*Ex Cær.*  
l. i. c. 15  
& l. 2.  
c. 30.  
& 31.

neræ inducus sit pluuiali siue manipulo,  
incedit medius inter Diaconum & Sub-  
diaconum , præcedentibus tantum  
Cæmoniario & Acolythis.

*Ex Cær.*  
lib. 2. c.  
30 &  
31. &  
*Miss. in*  
*fine.*

2. Cùm peruererit ante altare de-  
posito bireto ad manū Cæmo-  
niarij vel alicuius Acolythi, altari  
seu imagini Crucifixi desuper po-  
sitæ profundè inclinat, *vel si ibi ad-*  
*sit sanctissimum Sacramentum, genu-*  
*flectens debitam facit reuerentiam:*  
Deinde (*Episcopo, si adsit, facta pro-*  
*funda reuerentia*) si facienda sit  
**asperfio** aquæ benedictæ, tempo-  
re Paschali stans ante infimum  
gradum, alias super eo genufle-  
ctens, accipit de manu Diaconi  
asperforium cum aqua benedicta,  
& intonando Antiphonam **Vi-**  
**di aquam, vel Asperges me,** iux-  
ta diuersitatem temporum, pri-  
mò aspergit altare in medio à  
dextris & à sinistris, deinde sei-  
psum: tum surgens, extra tempus  
Paschale, aspergit Diaconum &

Sub-

Subdiaconum : Mox comitatus à Cæremoniario & Acolytho portante vas aquæ benedictæ , vadit ad aspergendum Canonicos , beneficiatos , omnesque alios ex utraque parte chori , prosequens interim submissa voce **Antiphonā** cum **Psalmo**, prout in fine Missalis: reuersus ante infimum gradum altaris , ibi mediis inter Diaconum & Subdiaconum , repetita per chorūm **Antiphona** cantat **Verlus** & **Orationem** prout in Missali , quibus finitis & Procesione si facienda sit , deposito pluviali capit manipulum & casulam seu planetam, & facta iterum altari reuerentia , incipit **Missam** ut infrà. Si Episcopus fuerit praesens , statim atque altare asperserit , comitatus ut suprà , accedit ad illum , eiique aspersorium osculatum cum debita reuerentia & osculo manus porrigit , & ab eodem , postquam se asperserit , aspersionem reuerenter excipit :

Cap. 31

mox recepto aspersorio cum osculo manus & aspersorij, redit ad altare, & aspergit Diaconum & Subdiaconum, deinde Canonicos & alios, ut suprà. Si alia suprà dicta ante Missam facienda sunt, seruabit ea quæ circa illa præscribuntur in Missali ac Cæremoniali in die Purificationis, Cinerum & Palmarum, & infrà ponuntur cap. 28.

3. Si verò nihil ex illis facendum sit, statim atq; ante infimum gradum altaris peruererit, ibi medius inter Diaconum & Subdiaconum, factis debitis reuerentiis incipit **Missam**, & prosequitur cum illis, vt in Ordine Missæ. Præsente autem Episcopo, stans ante altare à sinistris Episcopi, facit cum ipso **Confessionem**, respondens illi simul cum Diacono & Subdiacono, prout dicetur cap. sequenti num. 3.

4. Post **Confessionem**, dicto **O-ramus te Domine**, &c. nisi celebret Missam pro defunctis, accipiens cochlear de manu Diaconi imponit

ac

ac benedicit thus ut suprà cap. 3.  
num. 4. (*quod Episcopo præsente fit ab  
eo*) deinde accepto thuribulo per  
manus eiusdem Diaconi cruci  
profundè inclinat, & thurificat il-  
lam, ac reliquias seu imagines &  
altare , prout ibidem num. præ-  
cedenti, nihil dicens: Mox reddi-  
to thuribulo in cornu Epistolæ,  
stans ibidem iunctis manibus an-  
te pectus thurificatur ab eodem  
Diacono : postea conuersus ad  
librum incipit **introitum** submis-  
sa voce, sed tam intelligibili vt à  
ministris audiatur , signans se si-  
gno crucis prout in Missis priua-  
tis. In Missis verò defunctorum , in  
quibus omittitur hæc thurificatio, dicto  
**Oramus te Domine**, &c. statim accedit  
ad cornu Epistolæ, & incipit **Introitum**,  
non signans se, sed manu sinistra super  
altare posita , dextra signum crucis fa-  
ciens super librum , quasi aliquem  
benedicens.

5. Dicto eadem voce **Kyrie elci-**

F 3

son

*Itē l. 2.  
cap. 18.*

*Eze c. 3.*

*Miss in  
rub. ge-  
ner. i. tit.  
17 n. 6.  
Cer. l.  
1. c. 12.*

**son** alternatim cum Ministris, potest sedere (*nisi sanctissimum Sacramentum in altari sit expositum*) à cornu Epistolæ iuxta altare medius inter illos, donec idem per chorū absoluatur: prout etiam sedere potest, postquam in medio altaris in tono competenti intonauerit Hymnum **Gloria in excelsis Deo**, & prosequendo submissa voce cum ministris absoluuerit. Recedit autem ab altari cum Diacono & Subdiacono, & absoluto penè **Hymno**, seu dum cantatur ultimum **Kyrie eleison**, iterum accedit per gradus anteriores altaris, cum debit is reurentijs ante infimum gradum, tenens cum eis manus iunctas ante pectus.

*Ex l. 1.  
cap. 8*

*Ex l. 1.  
cap. 19.*

6. Finito per chorū **Gloria**, vel si non sit dicendum finito **Kyrie eleison**, osculato altari in medio, dicit cantando, **Dominus vobiscum**, **Oremus** & **Orationem**

seu

seu **Orationes.** In quatuor temporibus, & alias quando dicenda sunt **Prophetiae**, statim finito **Kyrie eleison**, in cornu Epistolæ altaris cantat **Oremus** ( Diacono & Subdiacono cantantibus: **Flectamus genua, Leuate, ac genuflectentibus, ipse non genuflectit**) & **Orationes: sed Prophetias cum Graduali, Versu, cæterisue legit submissa voce, aliis illa cantantibus.**

7. Finitis **Orationibus**, submissa voce legit **Epistolam** interea dum Subdiaconus eam cantat, & item **Graduale, Tractum, &c.** usque ad **Munda cor meum.** Canta **Epistola** vertens se parum ad cornu Epistolæ versus Subdiacnum, offert ei coram se genuflexo manum dextram exteriùs osculandam, sinistra super altari retenta, & facit super eundem signum crucis, nihil dicens; præterquam in Missis defunctorum, & nisi **Episcopus sit præsens:** Tum dicto in medio altaris **Munda cor meum, &c.** legit

eadem voce **Euangelium**, quod in fine non osculatur : deinde ministrante Diacono nauiculam , & Thuriferario thuribulum, imponit & benedicit thus , vt suprà: Mox ad Diaconum resumpto libro de altari petentem benedictionem conuersus , dicit: **Dominus fit in corde tuo**, &c. in fine cùm dicit: **In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen**, faciens super eum signum crucis dextra manu , quam deinde illi deosculandam offert, sinistram infra pectus tenens ; præterquam in Missis defunctorum, in quibus ad Euangelium non adhibetur incensum nec Diaconus benedicitur , & nisi Episcopus fuerit præsens, quo casu ab illo thus imponitur, & Diaconus benedicitur.

8. Post datam Diacono benedictionem, vel si ea non detur quando ille vadit ad cantandum **Euangelium**, retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi stat iunctis manibus ante

*Miss. in  
Ordine  
Messe.*

te pectus versus locum Euangelij; interim dum canitur **Sequentia** vel **Initium sancti Euangelij**, &c. signat se iterum in fronte, ore & pectore, & dum profertur nomen ad quod est inclinandum inclinat, idque ad nomen **Iesu** versus altare, & similiter versus altare genuflectit dum est genuflectendum. Cantato **Euangelio** stans adhuc eodem loco, librum sibi oblatum ambabus manibus tangens, osculatur principium Euangelij cantati, dicens: **Per Euangelica dicta**, &c. Deinde iunctis manibus ut prius thurificatur: Exceptis Missis defunctorum, in quibus non osculatur Euangelium nec thurificatur, dicit tamen: **Per Euangelica dicta**; & nisi Episcopus sit praesens, quo casu Celebrans neque osculatur librum, neque etiam dicit: **Per Euangelica dicta**, thurificatur tamen, nisi Episcopus induitus sit pluiali.

9. Si quandoque Sacerdos cantat

Miss. in  
rubr.  
gener.  
tit. 17.

Ex Cær.  
l. 2. c. 8.

## 90 Compend. Cæremon.

Missam sine Diacono & Subdiacono,  
**Epistolam** cantat in loco consueto aliquis Lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum: **Evangeliū** autem cantat ipse Celebrans ad cornu Euangeliij, qui & in fine Missæ cantat **Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, aut Requiescant in pace,** prout tempus vel Missa exigit. Si habendus est sermo infra Missam, habeatur finito **Euangelio**, & sermone seu concione expleta dicatur **Credo**, vel si illud non sit dicendum, **Dominus vobiscum**, ut sequitur.

10. Postea stans in medio altaris versus crucem incipit in cantu (si dicendum sit) **Credo in unum Deum**, & prosequitur submissa voce cum ministris: eoque finito potest sedere, ut dictum est ad **Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.** Et dum cantatur à choro Versiculos, **Et incarnatus est, usque ad Crucifixus etiam exclusuè, si non sedet, iterum genuflectet: si se det,**

caput

*Itē Cær.  
lib. I.  
c. 22.*

*Miss. in  
rub. ge-  
ner. tit.  
17. m. 3.*

caput tantum profundè inclinat, præterquam in die Annuntiat. B. Mariæ, & in tribus Missis Natiuitatis Domini, in quibus licet sedeat, ad dictum **Verſiculum** iterum genuflectit apud scamnum seu sedem suam.

*ExCar.  
L. 2. c. 8.*

11. Finito per chorum **Symbo-**  
**lo**, vel si non sit dicendum, eo o-  
missio, osculato altari in medio, &  
ad populum versus cantat **Domi-**  
**nus vobifcum**, & iterum ad altare  
conuersus **Oremus**: & lecto sub-  
missa voce **Offertorio** accipit de  
manu Diaconi patenam cum ho-  
stia, qua oblata & dicto per Sub-  
diaconum **Benedicte pater reue-**  
**rende**, manu sinistra super altare  
posita, dextra facit signum crucis  
versus aquā in calice miscendam  
sibi ab illo ostensam, dicens: **Deus**  
**qui humanæ ſubſtantiae**, &c. sed  
in Missis defunctorum, & praefante **E-**  
**pifcopo**, dicit eam **Orationem** absque  
benedictione: qua dicta accipit  
a Diacono calicem ambabus

mani-

manibus, dextra scilicet nodum  
infra cuppam & sinistra pedem, &  
offert cum illo, dicens: **Oferimus**  
**tibi Domine**, &c. Si accipiendum sit  
offertorium, id statim fiat lecto **Ofer-**  
**torio**, & Sacerdos celebrans ante me-  
dium altaris inter Diaconum & Sub-  
diaconum conuertat se ad offerentes,  
qui ordine accedant cum debitiss reue-  
rentijs, incipiendo à dignioribus,

12. Dicto **Veni Sanctificator**, &c.  
etiam si celebret pro defunctis, ac-  
cepto cochleari de manu Diaconi  
imponit & benedit incensum ut  
suprà, dicens: **Per intercessionem**

**B. Michaelis** &c. vt in Ordine Mis-  
sæ; Sed si Episcopus sit præsens, ille im-  
ponit ac benedit: Deinde accepto  
thuribulo per manus eiusdem  
Diaconi, nullam tunc faciens cru-  
ci reuerentiam, thurificat oblata  
ter dicens thuribulum super ca-  
licem & hostiam simul in modum  
crucis, & ter circum calicem &  
hostiam, scilicet bis à dextra ad

sinistram

Expon-  
tif. de  
ordina-  
tione  
Presby-  
teri, &  
electi  
in Epi-  
scopum  
ac seqq.  
benedi.  
& Car.  
l. 2.c.  
17. &  
19.

ItēCar.  
lib. I.  
cap. 23.

finistram & semel à sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet thurificatione hoc modo: in prima, **Incensum istud**. In secunda, **à te benedictum**. In ter- tia, **ascendat ad te Domine**. In quarta, & descendat super nos. In quinta & sexta, **misericordia tua**. Tum facta cruci profunda reue- rentia, thurificat illam, reliquias seu imagines & altare vt suprà, di- cens interim: **Dirigatur Dominus oratio mea**, &c. ita dispensans ver- ba illa, vt eodem tempore cum thurificatione finiat. Cùm reddit thuribulum Diacono, dicit: **Ac- cendat in nobis**, &c. Et thurifica- tus lauat manus, id est, extremi- tates digitorum pollicis & indi- cis, dicens Psalmum, **Lauabo in- ter innocentes**, &c. aliaqüe facit & obseruat prout in Missis priua- tis: sed cantanda canit in cantu competenti, neque discooperit aut cooperit calicem nisi in defe-

ctu

ctu Diaconi & Subdiaconi, & finita **Oratione Dominica** accipit de manu Diaconi patenam ab eo purificatorio abstersam, inter indicem & medium digitos, pollice & indice non disiunctis.

13. Si datio pacis Missæ conueniat, osculato altari complectens Diaconum, sed præfente Episcopo, prius Presbyterū illius assistentem, ac sinistram genam suam sinistræ eius appropinquans, dat illi pacem, dicens: **Pax tecum** Si danda sit communio post sumptionem sanguinis antequam se purificet, facta genuflexione ponit hostias consecratas super patenam, nisi à principio positæ fuerint in pyxide seu alio calice, & iterum genuflexit ( Diacono interim in cornu Epistolæ versus Celebrantē aliquantulum inclinato iunctis manibus alta voce dicente **Confessionem**) posteà retrahens se aliquantulum versus cornu Euágeli, iunctis manibus vertit se ad communicandos, & dicit voce intelligibili, **Miseratur vestri, & Indulgétiam** &c. manu dextra faciens signum crucis super eos.

Postea

*Ex Cær.  
lib. I.  
cap. 24.*

*Cær. I.  
2.c. 29.  
& 30*

Postea facta iterum Sacramento genuflexione, accipit manu sinistra pyxidem seu patenam cum hostiis, dextra vero vnam hostiam, quam inter pollicem & indicem tenet aliquantum eleuatam super pyxidem seu patenam, & conuersus ad communicandos in medio altaris dicit: **Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.** Deinde dicit: **Domine non sum dignus ut intres,** &c. quibus verbis tertio dictis, primò communicat Diaconum & Subdiaconum (hos enim, nisi sint Sacerdotes & velint celebrare, maximè decet, saltem diebus Dominicis & solemnibus communionem de manu Sacerdotis cui ministrant percipere) deinde alios per ordinem, incipiendo ab iis qui sunt ad partem Epistolæ, Diacono aliquanto post eis manu dextra ministrante purificationem, & sinistra mappulam ad os abstergendum: Celebrans vero porrigens unicuique Sacramentum facit cum eo signum crucis super pyxidem seu patenam, & simul dicit: **Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.**

Cer. l. 2  
c. 31 ex  
C. ncil.  
Triden.  
sess. 23.  
cap. 13.

Et

Et omnibus communicatis reuertitur ad altare nihil dicens, nec dat eis benedictionem, quia illam daturus est in fine Missæ, & si hostiæ positæ erant super corporale, extergit illud cum patena, & si qua in eo fuerint fragmenta, in calicem immittit, & dicto secrètò, **Quod ore sumpsimus**, &c. se purificat & proficitur more solito : sed si in altari remaneant aliquæ hostiæ consecratæ usque ad finem Missæ, genuflectet usque ad terram quandocumque recedit vel accedit ad medium altaris, vel transit ante Sacramentum : & quando se vertit ad populum, non vertet se in medio altaris, sed in cornu Euangeli, nec unquam perficiet circulum, sed per eandem viam reuertetur, ne tergum vertat sanctissimo Sacramento: Eademque obseruabit quandocumque à principio Sacramentum in altari erit expositum, & tunc etiam thurificabitur & lauabit manus aliquantulum extra cornu Epistola ob reuerentiam Sacramenti.

14. Sumpta ablutione & absterfo

ore

*Ex Mis  
in cena  
Domini  
& feria  
sexta  
Para-  
scenes,  
& Cat.  
l. i. c.  
12. & l.  
2. c. 27.*

ore purificatorio , vadit ad cornu Epistolæ, ubi lecta à se **Communionem**, & à choro decantata , reuersus ad medium altaris , & eo osculato ad populum conuersus cantat **Dominus vobiscum**, & reuersus ad librum, **Orationem seu Orationes postcommunionem**, & in finali officio quadragesimæ **Orationem super populum** ( Diacono cantante, **Humiliate capitâ vestra Deo**) & in medio altaris versus populum cantato **Dominus vobiscum**, & responso per ministros **Et cum spiritu tuo**, dicit submissa voce **Ite Missa est** ( sic manens stans donec Diaconus idem cantauerit) vel **Benedicamus Domino**, vel **Requiescant in pace**, pro qualitate temporis & Missæ.

15. Postea dicto secretò **Placeat tibi**, &c. osculatoque altari, eadem voce & modo quo in Missis priuatis , benedicit populo , *nisi Episcopus sit praesens cui tunc conuenit dare*

*Et ex  
Car.  
l.2.c.8.*

G benedi-

benedictionem ( ad quam ipse profun-  
dè inclinat versus Episcopum , ceteri  
verò genuflectunt ) & statim post be-  
nedictionem Episcopi , petita ab eo  
licentia capitū inclinatione , publicat  
indulgentias ab eodem concessas , versus  
populum sub hac forma : **Reuerendil-**  
**tumus in Christo Pater & Domi-**  
**nus, Dominus N. Dei & Apo-**  
**stolicæ sedis gratia Episcopus N.**  
dat , & concedit omnibus hic præ-  
sentibus quadraginta dies de vera  
indulgentia in forma Ecclesiæ  
consueta . Rogate Deum pro felici  
statu Sanctissimi Domini no-  
stri , D. N. Papæ N. Dominatio-  
nis suæ Reuerendissimæ , & sanctæ  
matris Ecclesiæ . Nisi subsequeretur

**Processio** , quia tunc post illam publica-  
ret , vel Episcopo illam celebrante Pres-  
byter assistens : aut habitus esset sermo  
infra Missam , qui a tunc statim finita  
per Diaconum **Confessione** publica-  
retur per Sermocinantem ante benedi-  
ctionem Episcopi , & non amplius in fine

*Missæ.*

ExCar.  
l. I.  
cap. 25.

Ex l. 2.

c. 23.

& 33.

Lib. I.

cap. 25

*Missa.* Dicto in cornu Euangelij more solito Euangelio secundum Ioannem, vel alio quod conuenit, facta ante infimum gradum cum ministris altari, & *Episcopo*, si adsit, debita reverentia, præcedentibus illis, cooperto capite reddit ad sacrarium, pro gratiarum actione dicens Antiphonam **Trium puerorum**, & Canticum **Benedicite**, &c.

## C A P V T XVII.

De officio Diaconi ministrantis  
Sacerdoti in Missa solemini.

I. **D**iaconus Euangeliū cātaturus, tempestiuē induit se in sacraria aliquo ex inferioribus ministris adiuuante, primō Amictu, Alba, Cingulo & Manipulo, prout Sacerdos: deinde accipiens Stolam, eam in medio vbi crux est deosculatam, imponit super humerum sinistrum

*Ex Mis.  
in ritu  
celebr.  
& Car.  
l. 1. c. 9.  
& l. 2.  
cap. 8.  
& 9.*

G 2

&amp; sub

& sub brachio dextro firmiter alligari facit: poste à accipit Dalmatiam, nisi sint tempora quibus Planeta ante pectus plicata vti debeat, vel tam sine hac quam sine illa ministrare, iuxta qualitatem Ecclesiarum, prout explicatur in rubricis generalibus Missalis Tit. 19. num. 6. & 7. Si ministret cum Planeta ante plicata, dum cantatur **Graduale** vel **Tractus** accepturus librum Euangeliorum, eam deponit, quæ tunc conuoluitur, vel alia iam conuoluta & complicata ponitur super finistrum eius humerum & stolam, & sub brachio dextro chordulis ad id aptatis strictè colligatur ne decidat, & sic permanet quousque Celebrans sumpserit communionem, qua sumpta reassumit Planetam ut priùs.

2. Cum eundum est ad altare, incedit cooperto capite & iunctis manibus immediatè ante Sacerdotem, vel si is ob aspersionem aquæ benedictæ, benedictionem candelarū, cinerum aut Palmarū, vel Processionem ante Mis-

*Ibidem*  
*& Car.*  
*l. 2. c.*  
*13. &*  
*18.*

*Ex Car.*  
*l. 1. c.*  
*15.*

fam

sam fiendam, indutus fit pluuiali, à dextris ipsius: & cùm peruerterit ante altare, caput detegit & factis cum Sacerdote debitiss reuerentiis, si facienda sit **aspercio aquæ benedictæ**, tempore Paschali stans ante infimum gradum, aliás super eo genuflectens à dextris Sacerdotis, porrigit illi asperforiū acceptum de manu Acolythi: posteà si genuflectant, cum illo surgens, aspersionem reuerenter excipit, & recedente illo ipse ac Subdiaconus ibi remanent, prosequentes submissa voce **Antiphonam** cum **Psalmo**, prout habetur in fine Missalis: & si non adsit pulpitum, super quo ponatur liber ex quo Sacerdos facta aspersione cantet **Vericulos & Orationem**. ipsi illum sustinent: & postquam Sacerdos deposito pluuiiali accepert manipulum ac planetam, factis iterum cum illo reuerentiis, faciunt cum eodem **Confessio-**

*Ex l. 2.  
c. 30. &  
31. &  
fin. Mis.*

**nem** vt infrà : Si alia ante Missam fiant, seruabunt ea quæ circa illa præscribuntur in Missali, & planiūs in Cæremōniali in die Purificationis, Cinerum & Palmarum ac infrà cap. 28.

3. Si verò nihil ex suprà dictis ante Missam fiat , statim atque ante infimum gradum altaris perueniunt, ibi depositis biretis ad manus Acolythorum & factis cum Sacerdote debitis reverentiis , illi Missam inchoanti respondent simul, ipse à dextris illius & Subdiaconus à sinistris stantes erecti manibus iunctis; nisi quòd cum illo signante se aut inclinante , ipsi pariter se signent & inclinent, præterquam quando ille dicit **Confiteor**, & ipsi **Misereatur**: nam tunc illo altari profundè se inclinante , ipsi stant erecti (nisi quod erga illum capite inclinato proferant verba **Misereatur tui** ) quando verò ipsi incipiunt **Confiteor**, illo se erigente

*Ex Cer.  
l.z.c.8.*

gente, altari profundè inclinant donec dicto per illum **Misereatur**, &c. responderint, **Amen**: & cùm dicunt **Tibi Pater**, & **Te Pater**. aliquantum se conuertunt ad Celebrantem ( quemadmodum & ille, cùm dicit, **vobis fratres & vos fratres**, & **Misereatur vestri**, sese conuertit ad ipsos,) & cùm dicunt, **Mea culpa**, ter pectus dextra manu percutiunt sinistra infra pectus posita. *Præsente autem Episcopo & Confessionem cum Celebrante faciente, ipsi ad sinistram Celebrantis aliquantum post ipsum stantes hinc inde, pariter cum illo respondent Episcopo ut suprà, sed profundius versus Episcopum inclinant ad verba Misereatur tui, Tibi Pater, & Te Pater.*

*Ex eodem loco.*

4. Post **Confessionem** dicto per Celebrantem **Oremus**, ascendit cum eo à dextris ad altare, vbi, nisi celebretur pro defunctis, de manu Thuriferarij accipiens nauculam cum cochleari, ministrat ea

104 Compend. Cæremon.

Ex Cær.  
l. i. c. 7.

Celebranti, prout dictum est c. 3. num. 5. Præsente autem Episcopo, non ministrat illa, sed tantum thuribulum, ut sequitur. Deinde reddit Thuriferario nauicula cum cochleari, accipiens ab eodem thuribulum dat Celebranti, ut ibidem numero sequenti, & illi thurificanti à dextris assistit, inclinans aut genuflectens quoties transit ante medium altaris iuxta dicta c. 2. nu. 3. & post thurificationem altaris recepto thuribulo cum deosculatione seu deosculationibus, thurificat illum prout dictum est c. 3. num. 2. cum debitiss reuerentiss ante & post prout ibidem num. 1. & statim reddit Thuriferario thuribulum.

5. Postea cum Subdiacono sibi à dextris astante iunctis manibus ante pectus stat à dextris Celebrantis cùm dicit **Introitum** (ad **Gloria Patri**, &c. cum illo caput inclinans versus crucem altaris)

&

& item **Kyrie eleison**, quod alternatim dicunt cum eo: quo dicto redeunt ante altare, & si Celebrans voluerit sedere donec idem per chorum absoluatur, factis ibi cum illo debit is reuerentiis, vadunt ad scannum seu sedes positas à cornu Epistolæ iuxta altare, vbi sedent Diaconus à dextris Celebrantis & Subdiaconus à sinistris: alioqui manent ante altare à tergo Celebrantis stantes unus post alium, videlicet Diaconus immediatè post Celebrantem, & Subdiaconus post Diaconum spatio congruenti: vbi similiter stant cum Celebrans intonat Hymnum **Gloria in excelsis Deo**, eoque intonato ascendunt ad altare, & hinc inde Diaconus à dextris & Subdiaconus à sinistris, submissa voce usque ad finem cum illo prosequuntur iunctis manibus, caput aliquantulum inclinantes ad verba, **Adoramus te, Gratias agimus**

*Ex rub.  
gener.  
Mis.  
tit. 17.  
num. 6.*

G 5 tibi,

106 Compend. Cæremon.

tibi, Iesu Christe, Suscipe deprecationem nostram, & in fine cùm dicunt Cum sancto Spiritu, manu dextra signando se à fronte ad pectus & ab humero sinistro ad dextrum, sinistra infra pectus posita, interim absoluente In gloria Dci Patris, Amen. Finito Hymno factis debitis reuerentiis, cum Celebrante sedente sedent, aliàs stant à tergo eius, ut supra { quod idem obseruatur circa Credo } prout etiam stant cùm Celebrans cantat Dominus vobiscum & Orationem seu Orationes, si plures dicendæ sint. In quatuor temporibus & aliàs quando dicendum est Flectamus genua, Leuate; illud canitur à Diacono, hoc à Subdiacono; Diacono primùm genuflectente, & Subdiacono primùm surgente.

6. Finita Oratione seu Orationibus vadit ad dextram Celebrantis, assistens illi dum legit Epistola

lam

Iam, Prophetiam, Graduale, Tractum, seu alia: cùm autem cantatur à choro Versus **Gradualis**, Tractus, Alleluia, aut **Sequentia**, tempestiuè accipit librum Evangeliorum de credentia, vel de gradu altaris sub cornu Epistolæ si ibi sit, aut de manu Cæremoniarij seu Acolythi qui illum inde sumptum subministrat; deferens ante pectus ad altare, factaque ante infimum gradum debita reuerentia, ascendens collocat illum in medio altaris: deinde facta ibi altari reuerentia, nauiculam cum cochleari à Thuriferario acceptam ministrat Celebranti, vt suprà, & redditâ Thuriferario nauicula, genuflexus super infimo gradu altaris in medio, iunctis manibus dicit secretò: **Munda cor meum**, &c. vt in Ordine Missæ: tum surgens resumit librum de altari, & genuflexus in superiori eius gradu,

petit

*Ex Mis.  
in ritu  
celeb.  
tit. 2. n.  
5. &  
Car. l.  
i.c. 15.  
Ex Car.  
ibid. m  
cap. 12.*

*Ex Mis.  
etia in  
benedi-  
tione  
Palma-  
rum.*

petit benedictionem à Celebrante  
dicens intelligibili voce, **Iube**  
**Domine benedicere:** qua habita  
& osculata illius manu, præce-  
dentibus Acolythis & Cæremo-  
niario incedit à dextris Subdiaconi,  
portans librum Euangeliorum  
ut suprà, ad locum Euangelij cō-  
tra altare versus populum, vbi  
iuxta consuetudinem Ecclesiarum  
ponit librum apertum in manibus  
Subdiaconi, vel in pulpito seu le-  
gili pallio coloris cæterorum pa-  
ramentorum cooperto, & iunctis  
manibus ante pectus dicit can-  
tando, **Dominus vobiscum:** &  
cùm dicit, **Initium vel Sequentia**  
**Sancti Euangeli,** &c. manu sinistra  
super librum seu pulpitum posi-  
ta, pollice dextræ signat signo  
crucis primò librum in principio  
Euangeli cantandi, & mox fini-  
stra infra pectus retracta, seipsum  
in fronte, ore & pectori: deinde  
accipit thuribulum & thurificat

librum

librum triplici ductu, primo in medio, secundo à parte eius dextra, & tertio à sinistra: tum redditio thuribulo iunctis manibus ut prius, incipit & prosequitur **Euangelium**, & cùm profert verba ad quæ est inclinandum aut genuflectendum, versus librum inclinat & genuflectit. Finito **Euangelio** & osculato per Celebrantem libro illi à Subdiacono delato, thurificat illum triplici ductu antè & pòst inclinans.

7. In Missis verò defunctorum collocato libro in altari, non ministrat nauiculam, sed dicit tantum, **Munda cor meum**, ut supra: quo dicto & resumpto libro, absque petitione benedictionis, & osculo manus, cùm tempus est, facta altari, & *Episcopo, si præsens sit*, debita reverentia cum aliis ministris, procedit ante omnes ad cantandum Euangeliū, nec thurificat librum nec pòst Celebrantem. *Præsente autem Episcopo non ministrat quidem nauiculam,*

*Ex rub.  
gener.  
Miss.  
tit. 17.  
num. 4.*

*Ex Car.  
lib. 2.  
cap. 11.*

sed

110 Compend. Cæremon.

*Ex l. 1.  
cap. 22.* sed collocato libro in altari , ducente Cæremoniario accedit cum debit is reuerent ijs ad Episcopum & osculatur eius manum profundè inclinatus , vel si non sit Canonicus genuflexus : tum reuertitur ad altare , & dicto ut suprà , **Munda cor meum** , &c. resumit librum de altari , & si nondum sit tempus eundi ad cantandum Euangelium , exspectat ante altare in cornu Epistolæ , & cùm tempus est , facta altari debita reuerentia cum suis comministris , præcedentibus omnibus reddit ad Episcopum , ante quem

*Ex eodē  
loco.* inclinatus vel genuflexus , ut suprà , petit benedictionem : qua habita facit Episcopo debitam reuerentiam , & præcedentibus alijs ut prius , procedit ad cantandum Euangelium : quo finito , Subdiacono præcedente cum libro , ipse ac alijs cum debit is reuerent ijs eodem ordine reuertuntur , & osculato per Episcopum libro , Presbyter assistens thurificat illum indutum paramentis , alias omis sathurificatione illius , Diaconus ante altare

*Ex l. 2.  
cap. 9*

thuri-

thurificat Celebrantem dupli ductu.  
8. Postea stat à tergo Celebrantis dum intonat **Symbolum**: deinde cum Subdiacono ad altare ascendit, & hinc inde cum illo prosequuntur usque ad finem, ad verba, **Iesum Christum, & Simul adoratur**, caput inclinantes, ad illa autem, **Et incarnatus est**, usque ad **Et homo factus est**, inclusuè, genuflectentes, & in fine ad illa, **Et vitam venturi saeculi, Amen;** signantes se à fronte ad pectus. Tum sedent cum Celebrante vel stant post eum, iuxta suprà dicta circa **Kyrie eleison.** Quando cantantur à choro suprà dicta verba **Et incarnatus est**, &c. sed è caput tantù profundè inclinat, alias iterù genuflectut in suis locis, prout dictu est de Celebrante c. preced. nu.  
10. Et cātatis illis verbis si calix cū bursa sit incredētia, accedit ad illā, Subdiacono interim stante, iuxta suprà dicta cap. 2. num. 2.) & inde

fert

fert bursam ambabus manibus ad oculos usque eleuatam, incedens solus graui & decoro incessu ad altare cum solitis reuerentiis, ubi extrahit corporale ex bursa & explicat in medio altaris, bursam vero collocat ad cornu Euangeli ita ut poste a non praebat impedimentum, & statim reuertitur ad locum suum. Quando non dicitur **Symbolum** Subdiaconus defert bursam simul cum calice.

9. Dum Celebrans dicit **Dominus vobiscum** & **Oremus**, stat retrò post eum, & mox ad dextram eius accedens, amouet calicem è medio altaris ad cornu Epistolæ si ibi sit, detegit, & dat patenam cum hostia Celebranti, osculando eius manum: si vero calix erat in credentia, ut magis decet, & corporale simul cum eo per Subdiaconum afferatur, extenso prius corporali in medio altaris, dat patenam Celebranti ut supra:

&amp; si

& si in alio calice seu vasculo sint hostiæ pro communione facienda consecrandæ, detegit calicem illum seu vasculo, & aliquantulum eleuat cum Celebrans dicit: **Suscipe sancte Pater,** &c. & statim reponit ante crucem ita ut non præbeat impedimentum, & tegit: & posteà dum Celebrans prolaturus est verba consecrationis, iterum detegit, & post consecrationem tegit. Mox sinistra tenens nodum calicis, dextra infundit vinum ex ampulla de manu Subdiaconi accepta quantum sufficiat, Celebrante inspiciente, & imposito per Subdiacolum modico aquæ, ac finita per Celebrantem Oratione, **Deus qui humanæ substantiæ,** &c. dat calicem Celebranti, cum quo pede illius tangens, seu brachiū dextrum Celebrantis sustentans, eleuatis oculis simul dicit: **Offerimus tibi Domine,** &c. vt in Ordine Missæ: deinde calicem in altari positum palla cooperit: tum Subdiacono

*Ex l. 2.  
c. 29.*

H prout

ponit in dextra manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab ea parte dependente; præterquam in Missis defunctorum & feria sexta Parasceues, in quibus non tenetur patena, sed posita aliquantulum subtus corporale purificatorio cooperitur.

10. Dicto per Celebrantem **Veni sanctificator**, &c. etiam in Missis defunctorum ministrat illi cochlear, nauiculam thuris & thuribulum, *vel presente Episcopo, solum thuribulum*, prout suprà post **Confessionem**: & cùm thurificantur oblata, dextra manu tenet pedem calicis, ne fortè thuribulo tactus è loco remoueatur vel aliquid ex illo effluat, & cùm thurificanda est crux, amouet illum ad partē Epistolæ, eaqué thurificata reponit in locum suum assistens Celebrantidum thurificat altare: & postquam recepto thuribulo illum thurificauerit, in Missis pro defunctis statim reddit thuribulum Thuriferario

vel

vel Cærenoniario; in aliis vero Missis accedit cum thuribulo ad Episcopum si adsit, eoque thurificato per Presbyterum assistentem, thurificat illum & Diaconos assistentes, deinde accedit ad thurificandum Canonicos, Magistratum, aliosque de choro, ordine prout dictum est cap. 15. num. 6. & obseruans reuerentias & numerum thurificationum prout c. 2. num. 3. & cap. 3. num. 1. & 2. ac demum reueritus ad altare thurificat Subdiaconum tenentem patenam vnico, vel si sit Canonicus, dupli ductu, & posteà reddito thuribulo Thuriferario vel Cærenoniario, ab eo thurificatur stans in loco suo retrò post Celebrantem, vbi permanet stans usque ad finem **Præfationis**.

11. Circa finem verò **Præfationis** ascendit ad altare, vbi à dextris Celebrantis stans inclinatus, dicit cum eo **Sanctus, Sanctus, &c.** cùm dicit, **Benedictus qui venit,** &c. se

Car. I.

1. o. 23.

erigens facit sibi signum crucis à fronte ad pectus. Deinde accedés ad sinistram Celebrantis, assistit ei apud librum cùm dicit **Canonem** (nisi aliis Sacerdos, ibi assistat, quia tunc ipse staret ad dextram aliquantum post Celebrantem) cùm autem Celebrans dicit, **Quam oblationem**, &c. accedit ad eius dextram, vbi in superiori gradu altaris genuflexus, dum Celebrans eleuat hostiam consecratam, ipse sinistra eleuat aliquantulum posteriorem partem planetæ, ne illum impedit in eleuatione brachiorum (quod & facit dum eleuat calicem) reposita hostia super corporale & adorata per Celebrantem, cùm eo se erigens detegit calicem manu dextra, & statim iterum genuflectit: postquam vero fuerit eleuatus ac repositus super corporale, se erigens iterum cooperit, & facta cum Celebrante Sacramento genuflexione, reddit

ad

ad librum, nisi aliis ibi assistat. Cùm autem Celebrans dicit: **Per quem hæc omnia, &c.** facta Sacramento genuflexione, accedit ad dextram illius, & postquam tertio signauerit communiter super hostiam & calicem, eum detegit cum Celebrante genuflectens & surgens: & dum signat cum hostia dicēs: **Per ipsum & cum ipso, &c.** duobus digitis de xtræ manus tenet pedem calicis, ac reposita hostia super corporale, iterum tegit, & cum Celebrante genuflectit: tum redit ad librum, vel si aliis assistat vadit retrò post Celebrantem.

12. Si assistit apud librum, cùm Celebrans incipit: **Pater noster**, facta Sacramento genuflexione, vadit retrò post eum, & stat ibi usq; ad illa verba, **Et dimitte nobis debita nostra** quæ cùm dicuntur, facta ibidem genuflexione vadit ad dextram Celebrantis, ubi in cornu

Epistolæ patenam à se vel à Cæremoniario velo discoopertam accipit de manu Subdiaconi, vel in Missis defunctorum de sub corporali: quam purificatorio extergens, postquam responderit, **Sed libera nos à malo,** ponit in dextram Celebrantis cum deosculatione seu deosculationibus; & cū Celebrans submittit patenam hostię, detegit calicem, ac immissa per eundem particula hostiæ in calicem, iterum tegit, semper cum Celebrante genuflectens ac surgens; postea capite inclinato versus Sacramentum dicit cum Celebrante **Agnus Dei,** ter de xtra percutiens pectus suum, sinistra super altare posita ac retenta; præterquam in Missis defunctorum, in quibus non percutitur pectus, sed tenentur manus iunctæ ante pectus.

13. Dicto cum Celebrante **Agnus,** ibidem à dextris ipsius genuflexus exspectat pacem ( nisi fiat Missa pro defun-

defunctis) & cùm Celebrans oscula-  
turus est altare , se erigens simul  
osculatur illud extra corporale,  
tum sinistram genam sinistrę Ce-  
lebrantis appropinquans , ab eo-  
dem dicente, **Pax tecum**, comple-  
xus , accipit pacem, respondens,  
**Et cum Spiritu tuo:** deinde facta  
ibi iterum Sacramento genufle-  
xione , vertit se ad Subdiaconum  
retò post Celebrantem, cui simi-  
liter dat pacem prout Celebrans  
ip̄i dedit: posteà iterum ante Sa-  
cramentum genuflectens redit ad  
librum, nisi aliis ibi assistat . **Pra-**  
**sente autem Episcopo** , postquam cum  
Celebrante absoluerit **Agnus Dei** sta-  
tim facta Sacramento genuflexione, ibit  
retò post Celebrantem , à quo simul at-  
que Presbyter assistens acceperit pacem,  
ip̄e quoque, iterum ad dextram acce-  
dens , accipiet pacem , priùs & pòst ge-  
nuflectens ante Sacramennum , sed non  
osculabitur altare , nec dabit pacem  
Subdiacono, nisi Celebrans haberet Af-

ExCer.  
lib. I.  
cap. 24.

120 Compend. Cæremon.

sistentem cum pluiali, qui pacem in choro distribueret.

14. Dum Celebrans se communicat, stat profundè inclinatus versus altare: & casu quo alius assistat ad librum, vel Subdiaconus nondum redierit ab osculo pacis, post sumptam à Celebrante hostiam, accedens ad eius dextram discooperit calicem, & infundit vinum & aquam pro purificazione & ablutione Celebrantis, prout dicetur cap. sequenti; ad Subdiaconum enim ista spectant Diacono feruiente ad librum, modò redierit ab osculo pacis. Quod si facienda esset communio generalis vel particularis, geret se prout dictum est circa illam cap. præcedent. num. 13.

15. Postquam Celebrans se purificauerit digitosque abluerit, nisi alius assistat & feruiat ad librum, transfert illum cum puluino ad cornu Epistolæ cum debita reurentia ante medium altaris: deinde

de

de vadit retrò post Celebrantem,  
& stat post eum vsque ad finem  
Missæ, respondens vbi opus est: &  
à feria quarta Cinerum vsque ad feriam  
quartā maioris hebdomadæ in Missis de  
feria dicto per Celebrantem **Oremus**  
pro Oratione super populum, versus ad  
eum per latus suum dextrum, iunctis  
manibus demissisque ad terram oculis,  
dicit cantando, **Humiliate capita vestra**  
**Deo**, quo dicto vertit se iterum per ean-  
dem viam ad altare: Postea finitis  
**Orationibus** dicto per Celebra-  
tem **Dominus vobiscum**, & re-  
sponso per chorum, **Et cum spi-  
tu tuo**, conuersus ad populum vt  
suprà, dicit cantando in tono cō-  
petenti, **Ite Missa est**, si dicendum  
sit: alioqui non vertens se ad po-  
pulum, **Benedicamus Domino**,  
vel **Requiescant in pace**, pro qua-  
litate Missæ. Finito **Euangelio**  
(ante quod & sub quo cum Cele-  
brante signante se, inclinante aut  
genuflectente, tam ipse, quam alij

H 5 pariter

pariter se signant, inclinant & genuflectunt, prout fit ad Eu-  
**angelium** ante **Offertorium**)  
 facta altari cum Celebrante, vbi  
 ante infimum gradum descen-  
 derit, debita reverentia, & Epi-  
 scopo, si *adsit*, cooperto capite di-  
 scedit ad sacristiam ante Ce-  
 lebrantem, præcedentibus Sub-  
 diacono & aliis, depositisque i-  
 bidem sacris vestibus recedit  
 in pace.

## C A P Y T X I X.

**D**e officio Subdiaconi in Mi-  
 sa solemni Sacerdote  
 celebrante.

*Ex Mis.  
 in ritu  
 celebr.  
 & Car.  
 lib. 1. c.  
 10. &  
 lib. 2. c.  
 5. & 9.*

i. **S**Vbdiaconus Sacerdoti in  
 Miſa ſolemni ministratu-  
 rus, postquam vt ille, induerit  
 Amictum, Albam, Cingulum,  
 & Manipulum, induit Tunice-  
 lam

lam ( quæ eiudem formæ est cu-  
ius est Dalmatica qua vtitur Dia-  
conus, nisi quod strictiores lon-  
gioresque aliquantulum manicas  
habeat ) nisi vti debeat Planeta ante  
plicata, vel & sine hac & sine illa mini-  
strare , prout ordinatur in principio  
Missalis Tit. De qualitate paramen-  
torum num. 6. & 7. Quibus indutus,  
cùm accedendum est ad altare, fa-  
cta cum Diacono & Sacerdote  
reuerentia cruci, seu imagini quæ  
in sacristia est , cooperto capite  
ac iunctis manibus procedit ante  
eos post Acolythus, vel si Sa-  
cerdos indutus sit pluuiali , à  
sinistris ipsius: cumque omnes  
peruenerint ante altare , ibi à  
sinistris Sacerdotis consistens de-  
tecto capite, facit cum illo alta-  
ri, & Episcopo, si adfit , debitam  
reuerentiam ; & si facienda sit  
**aspersio** aquæ benedictæ, cum eo-  
de stat vel genuflectit iuxta diuer-  
situdinem temporum, & post Dia-  
co-

Car. I.

I. c. 15.

Ex l. 2.

c. 30 &amp;

31.

num

num aspersione reuerenter recipit, cæteraque facit & obseruat, prout dictum est cap. præcedenti num. 2. & 3.

2. Post **Confessionem** ascendit cum Celebrante à sinistris ipsius ad altare, assistens illi ibidem cùm thurificat crucem & altare, & transiens ante medium altaris semper inclinat aut genuflectit iuxta dicta cap. 2. nu. 3. post thurificationem verò altaris, & in Missis defunctorum, statim osculato altari per celebrantem, facta altari debita reuerentia accedit ad cornu Epistolæ, ubi stat à de xtris Diaconi, ut dictum est cap. præcedenti num. 5. aliaque obseruat usque ad ultimam **Orationem**, prout ibidem.

3. Circa finem ultimæ **Orationis** accipit librum Epistolarum de credentia, vel de gradu altaris sub cornu Epistolæ si ibi sit, aut de manu Cæremoniarij seu Acolythi

qui

*Istemez  
Car. I.  
1. f. 12.  
6. 15.*

qui illum inde sumptum subministrat; deferens illum supra pectus ambabus manibus, factaque altari in medio debita reuerentia, & Episcopo, si adsit, comitante ad eius sinistram Cæremoniario, vadit ad partem Epistolæ contra altare, ibique prout consuetum est libro super pulpitum posito ac manibus hinc inde super illum seu pulpitum ita ut palmæ librum tangent, vel potius ipse sibi librum tenens cantat **Epistolam**, astante sibi Cæremoniario à sinistris: quafinita, facta iterum altari reuerentia in medio, vadit ad Celebrantem in cornu Epistolæ, & genuflectens osculatur eius manum & ab eo benedicitur; præterquam in Missis defunctorum, in quibus ista omissuntur; & nisi Episcopus sit presens, quo casu accedit ad illum cum debitiss reuerentijs, deferens librum clausum ut supra, quem genuflexus, vel si sit Canonicus, profundè inclinatus porrigit illi

*Ex l. 1.  
cap. 22.*

super

*Miss.in  
rub.ge-  
ner.tit.  
19.n.6.  
& Cer.  
lib.2.c.  
13.*

super eius genibus, & manum eiusdem super libro positam osculatur, acceptaque benedictione vadit ad cornu Epistole, & transfert librum Celebrantis ut infrà. Si vtatur Plane-ta ante pectus plicata, accepturus librum Epistolarum illam deponit, & cantata Epistola, osculataque manu Celebrantis seu Episcopi, reafsumit.

4. Mox, nisi Celebrans habeat Capellatum assistentem, transfert librum Missalem cum puluino ad alteram partem altaris in cornu Euangelij, cum debita reverentia ante medium altaris, & sic locat vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, ibique ministrat Celebranti ad Euangeliū: quo per eum lecto, ac responso **Laus tibi Christe**, cum debita reverentia ante medium altaris redit post infimum gradum in cornu Epistole, & ibi stat quousque

præ-

præcedentibus Acolythis , à fini-  
stris Diaconi, vel Episcopo præsente  
ante Diaconum ( quem dum ille bene-  
dicit , cum alijs genuflectit ) & in  
Missis defunctorum post Diaconum an-  
te Acolythus, iunctis manibus va-  
dat ad locum Euangelij con-  
tra altare versus populum : ubi  
medius inter duos Acolythus,  
vertens renes versus partem dex-  
tram quæ pro Aquilone figu-  
ratur, ambabus manibus tenet à  
parte inferiori librum Euange-  
liorum apertum ante pectus , vel  
si Euangelium cantetur in legili  
seu pulpito , stat post pulpitum  
amplectens ipsum, ita ut ma-  
nibus hinc inde librum tan-  
gat ; & cùm Diaconus signat  
se, aut caput inclinat, aut ge-  
nuflectit , ipse nullatenus mo-  
uetur , cùm repræsentet pul-  
pitum immobile. Finito **Euan-**  
**gelio**, tenens librum apertum,  
nulla facta reuerentia defert il-

ExCar.  
lib. 2.  
cap. II.

lum

lum Celebranti osculandum in principio Euangeli cantati: quo osculato & clauso, facit illi debitam reuerentiam; exceptis Missis defunctorum, in quibus non deferatur liber osculandus; & nisi Episcopus sit praesens, quo casu defert illi osculandum modo predicto. Postea stat à tergo Diaconi dum Celebrans incipit **Symbolum**, mox ad altare ascendet, & cum illis prosequitur, aliaque obseruat, prout dictum est cap. præcedenti num. 8.

5. Dum Celebras finito per chorum **Symbolo**, vel si non dicatur **Symbolum**, post **Euangelium** cantat **Dominus vobiscum & Oremus**, stat similiter à tergo Diaconi, & illis dictis ascendit cum eo ad altare in cornu Epistolæ, si calix collocatus sit in altari: alioqui si sit in credentia, accedit ad illam, & extenso sibi, adiuuantibus Acolythis, circa humeros velo sericeo coloris conuenientis ita ut à

latere

latere dextro longius pendeat, accipit manu sinistra calicem cum patena & hostia palla tectis, & si non sit dictum **Symbolum**, bursa corporalis desuper posita, omnia illa longiori parte veli cooperit & dextra super ea apposita ne aliquid decidat, accedit ad altare in cornu Epistolæ associatus ab Acolytho ampullas vini & aquæ portante: ubi remoto velo ponit illa in altari, & statim si corporale simul afferatur, tradit illud Diacono, alioqui statim tradit ei patenam cum hostia, quam dum ille tradit Celebranti, extergit calicem purificatorio, mox tradit eidem Diacono ampullam vini ab Acolytho acceptam, tum ostendit Celebranti ampullam aquæ, parumper versus eum eleuans ac dicens: **Benedicite Pater reuerende**, vel præsente Episcopo, ostendit illi ab altari, dicens: **Benedicite Pater reuerendissime**: & facto per eum

*Ita  
Missal.*

*ExCar.  
l. 2. c. 8.  
G. 9.*

I signo

signo crucis infundit paucas guttas aquæ in calicem: & post oblationem calicis, manu dextra recipit à Diacono patenam, qua extremitate veli prædicta cooperta, vadit ad locum suum post Celebrantem, vbi facta altari debita reverentia, stans sustinet eam eleuata m vsque ad illa verba Orationis Dominicæ, **Et dimitte nobis**, & quando thurificatur à Diacono, conuersus ad illum, inclinat ante & post: & paulò antequam dicatur **Sanctus**, cum illo ad altare ascendit, vbi à sinistris Celebrantis cum eo inclinatus dicit, **Sanctus, Sanctus, &c.** cùm dicit, **Benedictus qui venit**, &c. se erigens, & eo finito, facta altari debita reverentia, redit ad locum suum, & ad eleuationem Sacramenti, ibidem genuflectit usque ad repositum calicem in altari & à Celebrante adoratum; & aduertat ut deinceps cum Celebrante genuflectat

*Ex Mis.  
in rubr.*

gener.  
tit. 17.  
num 4.

Itē ex  
Cær. l.  
2.c. II.

flectat & surgat. In Missis defunctorum non extendit velum circa humeros; non petit benedictionem aquæ, sed infundit absque benedictione; non tenet patenam, sed tempore eleuationis Sacramenti genuflexus in cornu Epistolæ thurificat illud prout dicitur supra cap. 3. num. 2. & 3. in fine & infrā cap. 20. num. 4.

6. Cūm in Oratione Dominica dicitur **Et dimitte nobis debita nostra**, facta in loco suo genuflexione, accedit cū patena cooperta ad altare in cornu Epistolæ vbi illam offert Diacono, & deposito velo, quod ab humeris suis pendebat, ad manus Cæremoniarij vel alicuius Acolythi, genuflectit & redit ad locum suum post Celebrantem: & dicto per eum **Pax Domini**, iterum genuflectens accedit ad sinistram illius, vbi capite inclinato versus Sacramentum simul dicit, **Agnus Dei**, &c. prout dictum est cap. præcedenti

I 2      num.

num. 12. Deinde facta ibidem Sacramento genuflexione redit post Celebrantem, vbi, nisi celebretur pro defunctis, à Diacono dicente, **Pax tecum**. complexus accipit pacem, sinistris genis sibi inuicem appropinquantibus, respondens ei, **Et cum spiritu tuo:** tum facta ibi Sacramento genuflexione comitante Cæremoniario vel Acolytho vadit ad chorū, & dat pacem primo cuiusque ordinis, incipiendo à dignioribus, & nulli facit reuerentiam antequam pacem det, ut dictum est cap. 4. Postea reuersus ad altare, facta ei debita reuerentia, dat pacem Cæremoniario seu Acolytho, qui ipsum comitatus fuit. Præsentē autem Episcopo, postquam Presbyter assistens dedit illi pacem, factis debitīs reuerentijs altari & Episcopo, vadit ad locum dicti Presbyteri in choro, & ibi accipit ab eo pacem, factaq; ei reuerentia alijs distribuit ut suprà; nisi Celebrans es-

Cær. 1.  
E. c. 24.

Ibidem  
C. c. 7.

sei

set Prelatus qui haberet Capellatum as-  
sistenter cum pluaiali, quem tali casu  
conuenit pacem accipere à Canonico  
Presbytero assistente, & distribuere ca-  
teris ut suprà.

7. Dum Celebrans se communi-  
cat, stat profundè inclinatus ver-  
sus altare, & si Diaconus feruiat  
ad librum (alioqui enim ille ista  
facit) accedens ad dextram Cele-  
brantis, dicente eo post sumptio-  
nem hostiæ, **Quid retribuam Do-**  
**mino**, discooperit calicem, cum  
eo genuflectens ac surgens: dein-  
de accepta ab Acolytho ampulla  
vini, infundit in calicem à Cele-  
brante porrectum: mox accepta  
alia ampulla aquæ, infundit vi-  
num & aquam super pollices &  
indices. Postea vadit ad cornu  
Euangelij, vbi extergit calicem  
purificatorio, extendit illud super  
calicem, & desuper ponit pate-  
nam, ac super patena pallam, &  
plicato corporali, quod reponit in

I 3 bursam,

bursam, cooperit calicem velo si est in altari, & bursam desuper ponit, & collocat in medio altaris, vel si à principio fuerat super credentia, refert ad illam per gradus anteriores altaris, facta ei ante infimum reuerentia. Quibus peractis redit ad locum suum retrò post Diaconum, stans post eum usque ad finem Missæ: ad **Euangelium** verò si opus sit ministrat librum Celebranti, respondens ei, eoque finito, facta cum Celebrante, ubi ante infimum gradum descenderit, altari, & *Episcopo si adsit*, debita reuerentia, cooperto capite redit ad sacrificiam incedens immediatè ante Diaconum, ibique exuit se paramentis & recedit in pace.

## C A P V T X I X .

De officio Capellani assistentis  
Sacerdoti celebranti Mif-  
sam solemnem.

I. **S**i Celebrans habeat Capel-  
lanum assistentem, is erit  
sacerdos, indutus superpelliceo  
cum stola à collo pendente, totam  
Missam præuidebit, & signacula  
in libro Missali congruis locis dis-  
ponet omnesque Cæremonias &  
actus quos Celebrans facturus est  
obseruabit; ut præstò illi esse pos-  
sit, suggerendo submissa voce,  
vel modestè nutu indicando, si  
fortè in aliquo deficeret aut titu-  
baret; in ingressu ad altare se-  
quetur Celebrantem, & retrò  
eum genuflectet sub **Confessio-**  
**ne**: posteà assistet eidem apud  
librum in cornu altaris, digi-  
to indicando quæ ex illo erunt

*Ex Mis.  
in ritu  
celebr  
& Cer.  
l. i. c. 7.  
& l. 2.  
cap. 8.*

I 4 dicen-

dicenda, & cùm opus erit, folia  
vertendo ac respondendo: eun-  
démque librum cum puluino suo  
tempore transferet ex cornu E-  
pistolæ ad cornu Euangelij, & ite-  
rum ex cornu Euangelij ad cornu  
Epistolæ, cum debita reverentia  
ante medium altaris; cùmq; thu-  
rificabitur altare ex ea parte vbi  
liber est, amouebit illum cum pul-  
uino ex altari, ne thurificationem  
impedit, & thurificata ea parte  
reponet in locum suum. Cùm ve-  
rò Celebrans sedet cum Diacono  
& Subdiacono, ipse quoque sede-  
bit loco conuenienti, & quoties  
ille genuflectit, etiam genuflectet,  
& præterea dum eleuatur sanctissi-  
mum Sacramentum, & semper  
dum cantatur in choro, **Et incar-**  
**natus est, &c** & item ad **Flecta-**  
**mus genua**

*Ex Mis.  
in rubr.  
gener.  
tit. 17.  
num. 3.*

2. Si Celebrans esset Prælatus,  
Affistens vteretur pluiali supra  
superpelliceum; & in incessu ac  
lefione

ſeffione haberet præminentiam ſupra Diaconum; nec genuflecteret ad **Confessionem**, ſed ſtaret à dextris Celebrantis, & Diaconus à ſinistris, & apud eum modicum retrò Subdiaconus; & ad cantum verſiculi, **Et incarnatus eſt**, &c. ſe haberet prout illi, ac distribueret pacem in choro, vt latius patet ex infrà dicendis de Presbytero аſſiſteпte Epifcopo in Miffa Pontificali.

## C A P V T   X X .

**De officio Thuriferarij in Miffa  
ſolemni tam abſente quam  
præſente vel etiam cele-  
brante Epifcopo.**

I. **I**N Miffa ſolemni, niſi celebre-  
tur pro defunctis, quater adhi-  
betur incenſum. Primò poſt **Con-  
feſſionem** antequam dicatur **In-  
troitus**, ſecundò ad **Euangelium**,

*Ex Mif.  
in ritu  
celebr.  
& Cer.  
lib. I.c.  
23. &  
l.2.c.8.  
& 9.*

I 5

tertiò

tertiò post **oblationem panis & vini**, quartò ad **eleuationem Sacramenti**. Itaque Acolythus seruiens de thuribulo & nauicula, statim postquam Celebrans facta **Confessione** ad altare ascendit, ministrabit Diacono nauiculam cum thure & cochleari, & Celebranti thuribulum cum prunis pro imponendo thure, prout dictum est cap. 9.n.1. Præsente autem Episcopo & non celebrante, post **Confessionem** subsequetur illum ad sedem Episcopalem, & ibi porrigit nauiculam Presbytero assistenti, thuribulum vero exhibebit ipsi Episcopo ut supra, nisi Cæremoniarius id faceret. Imposito ac benedicto incenso dabit thuribulum Diacono, & thurificato Celebrante ab eodem Diacono recipiens deponet cum nauicula super credentia, Nisi Episcopus interesseret paratus pluialis, quo casu receptum thuribulum deferret cum debitis reverentijs Presbytero assistenti, &

post

*Ex l. 2.  
c. 9. &  
18. & l.  
1.c. 23.*

post thurificationem Episcopi depo-  
neret.

2. Cùm Diaconus defert librum  
Euangeliorum ad altare , iterum  
accedens cum thuribulo & nauicula,  
posito per eum libro in alta-  
ri, dabit illi nauiculam , & Cele-  
branti ministrabit thuribulum vt  
suprà: impositoque thure & rece-  
pta nauicula, exspectabit sustinēs  
illa, donec Diaconus acceperit be-  
nedictionem , & tunc facta cum  
alijs altari genuflexione ibit post  
Cæremoniarium ante Cerofera-  
rios ad locum Euangeliij: vbi Dia-  
cono dicēte **Initium** vel **Sequétia**  
**sancti Euangeliij**, stans apud Cæ-  
remoniarium stātem ad dextram  
Diaconi aliquatulūm post ipsum,  
offeret eidē thuribulum, vel in de-  
fectu Cæremoniarij ipsi Diacono,  
& thurificato libro recipiens su-  
stinebit vt priùs : cumq; proferū-  
tur verba ad quæ est inclinandum  
aut genuflectendum , cum aliis

incli.

*Ex rub.  
gener.  
Miss.  
tit. 17.  
num. 4.*

inclinabit & genuflectet. Finito  
**Euangelio** reuertetur eodem or-  
dine cum aliis ad altare, vbi rur-  
sus porriget thuribulum Cære-  
moniario vel Diacono, & post  
thurificationem Celebrantis re-  
ceptum reponet super credentia.  
In Missis verò defunctorum, in quibus  
ad **Euangelium** non adhibetur incen-  
sum (vti nec ad **Introitum**) manebit  
iuxta cornu Epistolæ in loco suo: Epi-  
scopo autem præsente, vel celebrante in  
sede Episcopali, Diaconum ad osculum  
manus illius accedenter sequetur cum  
thuribulo & nauicula, eoq[ue] receden-  
te ministrabis illa ibidem ad imponen-  
dum thus, prout suprà post **Confessio-**  
**nem** præsente Episcopo, & cum illis ad  
altare reuersus exspectabit ibi cum alijs  
donec tempus sit cundi ad cantandum  
**Euangelium**, & tunc procedet cum il-  
lis ante Ceroferarios ad Episcopum, an-  
te quem genuflectet donec Diaconus ac-  
ceperit benedictionem (prout etiam fa-  
ciet Episcopo celebrante in faldistorio)

¶

& mox eodem ordine progredietur ad locum Euangeliū, ut suprà: quo finito, si Episcopus ipsemet celebret, ut suprà; vel sit induitus pluiali, cum alijs ad eum reuersus porrigit ibi thuribulum Ceremoniario vel Presbytero assistenti: sin minus, porrigit apud altare vel faldistorium eidem Ceremoniario vel Diacono.

3. Tertiò post **Offertorium**, etiam in Missis defunctorum, ministrabit nauiculam & thuribulum ordine & modis quibus suprà post **Confessionem**, & post thurificationem Celebrantis, Diaconum discedentem ad thurificandum alios comitabitur cum nauicula ad imponendum thus in thuribulum cum deficiet, obseruans cum eō debitas reuerentias: post thurificationem autem chori & Subdiaconi recipiens thuribulum de manu Diaconi vel Ceremoniarij, primò thurificabit illum, deinde Acolythus & populum; in Missis

vero

## 142 Compend. Cæremion.

verò defunctorum statim post thurificationem Celebrantis, si Episcopus interfit quamvis cappa sua indutus (nisi Cæremoniarius faciat) deferet thuribulum Presbytero assistenti, alioqui statim deponet, prout etiam faciet post thurificationem Episcopi, omissa thurificatione aliorum.

4. Quartò denique accedés paulò ante **Eleuationem** genuflexus in cornu Epistolæ, imposito à se vel ab alio thure in thuribulū absque benedictione thurificabit hostiam consecratam, dum eleuatur, triplici ductu, & similiter calicem dū fit eius eleuatio: nisi adsit ibidem Cæremoniarius vel Subdiaconus ad id faciendum, quo casudabit illi thuribulum & ipse imponet thus: reposito & adorato per Celebrantem calice, surgens reponet thuribulum cum nauicula, & reuersus ad locum suum conformabit se alijs quoad stationem aut genuflexionem.

Item ex  
lib. 2.  
cap. II.

CA-

## C A P V T   X X I .

De officio aliorum ministrorum  
seruientium in eadem Missa  
de candelabris, de in-  
torticijs, de ampul-  
lis & alijs.

1. **A** Colythi seruiētes de can-  
delabris cum cereis, præ-  
ferūt illa è sacristia ad altare, pro-  
ut dictum est cap. 10. nu. 2. **Quos**,  
cū ante Missam facienda est asper-  
fio aquæ benedictæ, præcedit alijs  
cū vase aquæ benedictæ, & asper-  
forio, quod ante altare aquæ intin-  
ctum porrigit Diacono, ad dextrā  
post eum stans aut genuflectens,  
prout ille: posteà comitatur Sa-  
cerdotem celebrantem ad asper-  
fionem, ferens vas aquæ.

2. Circa finem vltimi Versus  
**Gradualis**, **Alleluia**, **Tractus**,  
aut **Sequentia**, Ceroferarij refu-  
munt candelabra de credentia, &

facta

*Em Mif.  
in rīus  
celebr.  
Ex Car.  
l. 2. c. 8.  
Ex Mif.  
in bene-  
dictio-  
ne a-  
que Ex  
in abso-  
lutione  
facienda  
pro de-  
sundis  
Ex Car.  
lib. 2. c.  
30. Ex  
31.*

facta ante altare cum alijs ministris genuflexione , præcedente Thuriferario accedunt ad locum Euangelij : vbi collocant se hinc inde à lateribus Subdiaconi tenuis librum Euangeliorum, seu pulpiti in quo liber ponitur , vertentes cum illo renes versus partem dextram quæ pro Aquilone figuratur, facies verò versus Diaconum; & cùm alij se signant, inclinant aut genuflectunt sub Euangeliō, ipsi cum Subdiacono perstant velut immobiles . Finito **Euangeliō** , cum debitis reuerentijs codem ordine reuerten tes, reponunt candelabra cum cereis super credentia . In Missis defunctorum accedunt quidem cum Diacono & Subdiacono ad locum Euangelij : sed post eos, & fine candelabris ac cereis : & stantes ibidem vt alias , cum Diacono se signante aut inclinante ipsi pariter se signant & inclinant. *Episcopo verò præsente vel celebrante, antequam vadant*

*Cer. I.  
I.c. II.  
& Mis.  
in rub.  
gener.  
tit. 17.  
num. 4.*

*Cer. I.  
2.c. II.*

vadant ad locum Euangely, accedunt ad illum cum candelabris & cereis ordine quo supra, & ante illum genuflectunt donec dederit Diacono benedictionem.

3. Circa **Offertorium**, nisi celebretur pro defunctis, aliqui adiuuabant Subdiaconum apud credentiam in extendendo velo illo, quo calix, patenā & alia superea cooperiebantur, circa humeros illius ita ut à latere dextro longius pendeat: quod velum in fine **Orationis Dominicę** Ceremoniarius seu aliquis Acolythorum post dimissam patenam ab illo recipiens ad credentiam referet. Eundemque Subdiaconum calicem ad altare portantem in quavis Missa sequēs unus Acolythorum portabit vrecoulos seu ampullas vini & aquæ super peluicula pariter dispositas, vel si calix à principio in altari collocatus sit, solus incedens; eademque ampullas in cornu Epistolæ opportunè illi subministra-

Item ex  
Car. L.

I.C. II.;

K

bit:

bit: & impositis ex illis vino & aqua in calicem , & reposita ampulla vini super credentia, (*nisi celebret Episcopus*) cum peluicula in sinistra & ampulla aquæ in dextra ad altare reuersus , vnâ cum altero portante mappilam pli- catam pro tergendis manibus Sacerdotis celebrantis , seruet ipsi ad lotionem manuum , fundens aquam super pollices & indices illius supposita peluicula, altero ambabus manibus mox subministrante mappulam & su- per manus Celebrantis expan- dente : postea repositis illis super credentia , reuertuntur ad locum suum iuxta cornu Epistolæ.

4. Finita **Prafatione** duo saltem totidem funalia seu intorticia ac- censa afferent, *vel Episcopo cele- brante quatuor, sex aut ad summum octo* , & factis debitis reuerentijs genuflectent hinc inde à lateribus Subdiaconi tenentis patenam, *vel*

si magis commodum sit ad latera altaris: & post eleuationem calicis cum alijs surgentes, factis debitis reuerentijs discedent & funalia extinguent, nisi aliqui sint communicandi, quo easu, prout etiam in diebus ieuniiorum & in Missis pro defunctis, cum illis accessis genuflexi manebunt usque ad peractam communio nem. Ad **Sanctus**, & ad eleuationem hostiæ consecratæ & calicis, aliquis pulsabit paruam campanulam seu tintinnabulum, ter ad utramque eleuationem, vel continuatè quo usque Celebrans deponat hostiam aut calicem.

5. In defectu Cæremoniarij aliquis Acolytorum suo tempore comitabitur Subdiaconum deferentem pacem ad chorum, ferens & subministrans illi instrumentum pacis, si laicis pax danda sit: & cum eodem ad altare reuersus, facta altari genuflexione,

Item  
Cer. l.  
2.c. 11.

Ex l. 1.  
cap. 24.

148 Compend. Cæremoni.

Ex eodem c.

ab illo pacé accipiet, & dabit alijs Acolythis circa altare; Episcopo autem celebrante, data per Presbyterum assistentem pacę ijs quibus per ipsum danda est; ab eo acceptam dabit prius ceteris de choro iuxta dicta cap. 4. Post

Item ex  
L. I. C. II.

**Communione** Acolythus de ampullis seruiens eas tempestiuè iterum subministrabit Diacono aut Subdiacono in cornu Epistolæ, & post purificationem & ablutionem Celebrantis ad credentiam referet.

6. Finita **Missa** Ceroferarij resumentes candelabra cum cereis de credentia, factis cum Celebrante & alijs, debitis reuerentijs, redeunt ad sacristiam ante Subdiaconum prout venerant, alijs vero Acolythi sequuntur post Celebrantem.

Car. I.  
I. C. II.

7. Episcopo autem **Missam** celebrante, ad **lotionem** manuum eius (quaerater fit, primò antequam induatur paramentis, secundò statim post lectum

Offer-

Offertorium, tertio post oblationem calicis & incensationem, quartò post communionem ) seruit aliquis ex ipsius cubicularijs seu familiaribus, qui in habitu clericali sine superpelliceo ad abacum seu credentiam solent assistere: qui etiam seruiunt eidem ad induendas, exuendasque caligas & sandalia ante & post Missam. Forma autem seruanda quotiescumque Episcopus, siue in Missa, siue in alijs sacris actibus publicè lauat manus, hac est: Minister dextra manu tenens urceum cum aqua, & sinistra lancem, ante Episcopum genuflexus aquam supposita lance infundit super manus Episcopi, & duo Capellani seu Acolythi genuflexi hinc inde, tenent mappam extensam sub lance pro tergidis manibus illius. Si vero adesset Legatus vel Metropolitanus, aut celebraret aliquis Suffraganeus vel alias Episcopus presente Episcopo proprio, non genuflexi, sed inclinati ministrabunt.

8. De reliquis inferioribus Episcopi ministris, qui videlicet seruiunt de

Lib. 2.  
cap. 8.

Lib. 1.  
cap. 18.

Ex Car.  
lib. I.  
cap. II.

baculo pastorali, de Mitra, de libro & de  
candela, satis dictum est suprà cap. 14.  
restat solum ille, qui seruit de gremiali  
(nam de maioribus infrà dicendum  
est) is igitur intentus esse debet, ut cum  
Episcopus celebrans incipit sedere, illud  
opportunè subministret Diacono assi-  
stenti à sinistris Episcopi, vel deficien-  
tibus Diaconis assistētibus, Subdiacono,  
per eundem super gremio Episcopi se-  
dentis ponendum: & cum surrecturus  
est, antequam Mitra auferatur, de gre-  
mio eius ablatum reuerenter recipiat,  
& complicatum ante pectus ambabus  
manibus teneat: post lotionem autem  
manuum Episcopi lecto **Offertorio**,  
super credentia reponet, cum eo amplius  
utendum non sit.

---

CA-

## C A P Y T   X X I I .

**D**e agendis ac legendis , dicendis-  
ve per Episcopum non cele-  
brantem sed presentem in Mis-  
sa solemni , itemque per Cano-  
nicos tam præsentē , quām cele-  
brante Episcopo .

1. **E**piscopus cūm interest Mis-  
sa solēni per Sacerdotem  
celebratæ , siue indutus pluuiali ac  
alijs paramētis expressis c. 11. n. 1.  
siue cum cappa sua Pontificali,  
stans à dextris Celebrantis ante  
altare , facit cum illo ac ministris  
eius , suisque Assistentibus / qui ad  
eius dextram aliquantūm post ip-  
sum genuflectere debent ) **Confes-**  
**sionem** , incipiens ac dicens ea  
quæ aliàs sunt Celebrantis : qua fi-  
nita , facta altari reuerentia , re-  
dit ad sedem suam comitantibus  
suis Assistentibus , vbi , nisi cele-  
bretur pro defunctis , statim imponit  
ac benedicit incensum vt suprà c.

*Ex Cœr.*  
*lib. 1.*  
*c. 20. &*  
*21. & l.*  
*2 c. 9.*

*Ex Miss.*  
*in ritu*  
*celebr.*  
*& Cœr.*  
*l. 2. c.*  
*12. 16.*  
*18.*  
*& 31.*  
*Ex c. 8.*

*Itē l. i.  
cap. 23.*

3. num. 4. & post thurificationem  
Celebrantis ac suam (si sit indutus  
paramentis , alioqui enim ipse  
non thurificatur nisi post **Offer-**  
**torium** adhuc stans legit **Introitum** ex libro, quem minister de eo  
seruiens tenet ante eum supra ca-  
put, astante alio cum candelâ ac-  
censa: mox , vel si dicendus sit  
Hymnus **Gloria in excelsis**, cùm  
per chorūm seu organum canta-  
tur vltimum **Fyriē eleison**, Cano-  
nicis ad circulum veniétabus cum  
debitis reuerentijs ante altare &  
Episcopum , stans dicit cum ijs-  
dem **Kyrie eleison** , & successiue  
**Hymnum** , si dicendus sit , post-  
quam à Celebrante intonatus fue-  
rit; eoque finito facit super illis si-  
gnūm crucis , & illi factis iterum  
Episcopo & altari debitās reue-  
rentijs ; recedunt ad loca sua:  
quæ sic semper obseruantur in  
principio & fine circuli à Ca-  
nonicis & Episcopo.

2. Fini-

2. Finita per Subdiaconum **E-pistola**, Episcopus, nisi celebretur Missa pro defunctis, offert illi super libro manum osculandam & producit super illum signum crucis; in quavis autem Missa legit **Epi-tolam**, **Graduale**, &c. usque ad **Euangelium** inclusiuè, &c., nisi celebretur pro defunctis, offert Diacono manum osculandam, imponit ac benedicit thus, benedicit Diaconum, & finito per eum **Euangelio** osculatur illud, dicens: **Per Eu-an-gelica dicta**, &c. & si sit paratus facris indumentis thurificatur, prout quando ipse met celebrat, ut latius dicetur cap. sequenti.

3. Intonato per Celebrantem **Symbolo**, prosequitur illud cum Canonicis ad circulum venientibus, ad Versiculum **Et incarnatus est**, &c. genuflectens cum illis: qui **Verseculus** si forte cantetur à choro dum redeunt ad loca sua, ubicumque erunt, iterum genufle-

Etent donec perficiatur, quemadmodum & Episcopus, nisi sit induitus paramentis. Item legit suo tempore ex libro allato per ministrum **Offertorium** & **Antiphonam** quæ dicitur **Communio**: Subdiacono ab altari ostendente ampullam pro benedictione aquæ in calice miscendæ, facit versus illam signum crucis, nihil dicens: poste à imponit ac benedicit incensum, dicens: **Per intercessiōnem**, &c. & thurificato Celebrante stans detecto capite, vel si sit paratus, cum Mitra thurificatur, & post thurificationem facto super thurificantem signo crucis, statim iterum sedet.

4. Finita **Praefatione** dicit cum Canonicis ad circulum venientibus **Sanctus**, **Sanctus**, &c. usq; ad **Canonem** exclusuè, & dicto per Celebrantem **Pax Domini**, &c. dicit cum eisdem **Agnus Dei**, &c. qui tunc veniendo ad circulum

& rece-

*Itē es  
l. 2. s. 12  
& ex l.  
1. c. 23.*

& recedendo genuflectunt versus altare, propter reuerentiam sanctissimi Sacramenti quod est super eo. Accepta pace à Presbitero assistente, statim dat eam duobus Diaconis assistentibus. Et in fine Missæ, nisi sit de defunctis, stans in sua sede, si inde à populo videri possit, alias apud altare dat benedictionem prout dicetur capite sequenti, ac post eam, si publicandæ sint indulgentiæ, Celebranti petenti licentiam publicandi nutu annuet.

5. Denique etiam spectat ad Episcopum, quamuis Missam non celebret, in Processione, si præsens sit, paramentis indutum deferre sanctissimum Sacramentum, quando cunque deferendum est: & in diebus Purificationis, Cinerum & Palmarum, ante Missam candelas, cineres & palmas benedicere, seu alias quascunque benedictiones, dum præsens est, facere.

Lib. I.  
c. 7. &  
24.

Item ex  
l. 2. c.  
32. & l.  
1. c. 25.

Ex l. 2.  
c. 23.  
26. &  
33.  
Ex cap.  
16. 18.  
& 21.  
Ex c. 9.  
& 27.

6. Ob-

*Ex Cer.  
sparsum  
varie  
locis.*

*Ex l. 2.*

*c. 2.*

*Lib. 2.*

*cap. 33.*

*Ex l. 2.*

*cap. 12.*

*C. 18.*

6. Obseruabit autem Episcopus cum alijs ordinem standi, sedendi & genuflectendi, prout suprà cap. 15. & indutus cappa Pontificali, quandocumque stabit aut genuflectet erit discooperto capite, præterquam quando benedit populo non vtens cruce: sedens verò erit cooperto capite. *Quod si exposito sanctissimo Sacramento in altari (quo casu ob reuerentiam tanti Sacramenti conueniens esset nec Episcopum nec alios durante Officio unquam sedere) ob longitudinem Officij sedere cogeretur, in signum reuerentiae erit saltem discooperto capite.* In Missis autem defunctorum, feriarum aduentus & alijs ibidem expressis, in quibus genuflectitur ad **Orationes** ante **Epistolam** & post **Communionem**, & à **Sanctus** usque ad **Pax Domini**, Episcopus accedit ante altare genuflectens ibi super faldistorio, & in quadragesima etiam ad Versum, **Adiuua nos Deus,** &c. & in Missis de Spiritu sancto ad

Ver-

Versum, **Veni sancte Spiritus**, &c.

7. Sciendum verò est, circulos  
Canonicorum ante Episcopum  
proprium fieri in qualibet Missa  
per alterum corā eo cantata, siue  
diebus festis, siue ferialibus; præter-  
quam in Missis defunctorum ( & nisi ad-  
esset aliquis Prelatus illo superior, quo  
casu ob eius reverentiam uti circuli, ita  
etiam usus libri omittetur ) in qua ea  
quaꝝ in alijs Missis dicuntur cum Cano-  
nicis ad circulum venientibus, Episco-  
pus dicit cum Diaconis sibi assistētibus.

8. Assistunt enim Episcopo pro-  
prio non celebranti etiam duo  
Diaconi, prout quando ipse cele-  
brat, sed in habitu Canonicali si-  
ne paramentis. Presbyter assistens  
erit etiam in eodem habitu apud  
Episcopum à principio ( præter-  
quam in Missis defunctorum, in quibus  
primum accedit ad scabellum suæ af-  
fidentiæ finita **Oratione ante Episo-**  
**lam** ) vsque ad initium **Præfatio-**  
**nis**, nisi quòd cu m alijs ad circu-

*Ex l. 2.  
cap. 12.*

*Itō l. 1.  
cap 7.  
& 8.*

*Cap. 7.*

*Ex l. 2.  
cap. 12.*

los

158 Compend. Cæmon.

los accedit. Is more solito mini-  
strabit Episcopo nauiculam cum  
cochleari quoties thus imponen-  
dum ac benedicendum erit, thu-  
rificabit eundem, & post **Agnus**  
**Dei**, accipiet pacem à Celebrante,  
prout suprà cap. 17. numer. 13. di-  
ctum est de Diacono, quam defe-  
ret Episcopo prout cap. 4 postea  
reuersus ad locum suum in choro  
dabit illam Subdiacono, vel Assi-  
stenti Celebrantis.

Lib. 1. c.

7. 6

24.

Ex l. 2.

c. 8. 6

l. 1. c. 15

9. Episcopo celebrante, nisi cele-  
bret pro defunctis, Canonici omnes  
induuntur paramentis prout di-  
ctum est cap. 13. num. 1. & illa que  
dicunt ad circulos accedendo ipso  
non celebrante, dicunt in choro re-  
sidentes inter se bini & bini in suis  
locis, & præterea **Confessionem**  
stantes, vel si non sint induiti para-  
mentis genuflexi iuxta dicta c. 15.

C A-

## CAPUT XXIII.

De Missa Pontificali , seu solemnni  
Episcopo celebrante.

I. **E**piscopus Missam sole-  
nem celebraturus, postquam  
peruenerit ad sedem suam, vel ad  
faldistorium (si eo vtendum sit) si-  
bi paratum, à latere Epistolæ pa-  
rum ab infimo gradu altaris, ita vt  
in eo sedens habeat ad dextram  
suam altare & respiciat eandem  
partem quam ipsa anterior facies  
altaris (in his enim partibus nō est  
Secretarium seu facellū ad quod  
Episcopus ante Missam cum Ca-  
nonicis & choro conueniat & pa-  
retur) ibique paululū federit, stans  
capite detexto versus altare , pro  
Tertia (hāc enim ab Episcopo Mis-  
sam solemniter celebraturo etiam  
celebrari conuenit , ita vt eam  
incipiat & in fine cantet **Oratio-**  
**nem**) dicit secretò **Pater noster**,

*Ex Car.  
l. 2. c. 8.  
Ex l. i.  
cap. 12.*

&amp;

& **Ave Maria**, tum faciens sibi signum crucis cantat **Deus in adiutorium meum intende**: & incepto **Psalmo** sedens cooperto capite legit Antiphonam **Ne reminiscaris**, & Psalmos **Quam dilecta**, &c. alternatim cum suis Assistentibus ( Subdiacono interim cum duobus familiaribus ipsum induentibus caligis & fandalijs ) ad **Kyrie eleison** surgens prosequitur cætera cum ijsdem detecto capite versus altare : postea dicta Oratione **Calcea Domine**, &c. exuitur cappa dicens, **Exuc me Domine**, &c. & dicta alia pro lotione manuum, **Da Domine**, &c. extractisque annulis lauat manus : quibus terris ac repositis annulis, induitur paramentis, vt infrà cap. 25. num. 2. dicens ad singula singulas **Orationes**, excepta ea quæ dicitur ad manipulum, quæ statim post alias dicenda est, cum dici non possit eo tempore quo accipit manipulum.

2. In

2. Indutus omnibus paramentis Missalibus accedit cum Assistantibus & ministris ad altare pro Missa inchoanda, & ante infimum gradum redditio baculo pastorali ministro, qui ibi remanens illum sustinet, & deposita per Diaconum Mitra, quæ per ministrum de ea seruientem deponitur super credentia, facit cum Assistantibus & ministris altari profundam reverentiam & **Confessionem**, vt alij Sacerdotes: sed cum dixerit **Indulgentiam, absolutionem, &c.** osculatur manipulum à Subdiacono oblatum, qui statim per eundem imponitur sinistro eius brachio: & postquam ad altare ascendit, osculato eo in medio statim ambabus manibus tangens librum Euangeliorum sibi à sinistris oblatum, osculatur principium Euangeli Missæ dicendæ: deinde imponit ac benedicit thus, & thurificat crucem, reliquias seu

Lib. i.

cap. 10.

L      ima-

imagines & altare , prout supra  
cap. 3. & redditio thuribulo rece-  
pta quie Mitra , thurificatur stans  
in cornu Epistolæ iunctis ma-  
nibus : posteà facta cruci reue-  
rentia in medio altaris , recepto-  
que baculo , redit ad sedem suam  
vel ad faldistorium , vbi depositis  
baculo & Mitra stans verfa facie  
ad altare , facto sibi signo crucis à  
fronte ad pectus , legit **Introitum**  
**ex libro oblato** & sustentato per  
ministrum de eo seruientem , al-  
tero candelam accensam tenente:  
& dicto alternatim cum mini-  
stris astantibus **Kyrie eleiton** , se-  
dens recipit Mitram & gremia-  
le , ponens hinc inde super eo  
palmas apertas , quasi illud re-  
tinens .

*Ibidem*  
*cap. 19.*

3. Finito per chorum seu or-  
ganum ultimo **Kyrie eleiton** abla-  
tis priùs gremiali & Mitra , surgit  
verfa facie ad altare , illi capite in-  
clinato reuerentiam faciens , &

*ex*

ex libro iustentato per Presbyterum assistentem intonat Hymnum **Gloria in excelsis** ( si dicendus sit) disiungens, eleuansq; manus ad altitudinem humerorum, & cūm dicit **Deo** illas iterum iungens & caput versus crucem altaris inclinans; quo erecto , iunctis manibus prosequitur cum assistentibus submissā voce usque ad finem: tum iterum sedens recipit Mitram & gremiale ut suprà . Finito per chorum **Hymno**, illis rursus ablatis surgit, & stans versus populum extendens ac iungens manus cantat **Pax vobis** ( quod dicitur tantum hoc loco , quando dictus est Hymnus **Gloria in excelsis**; alias verò dicit **Dominus vobiscum**) deinde conuersus ad altare, extendens & iungens manus caputque cruci inclinans, **Oremus**, & extensis iterū manibus **Orationem seu Orationes**, in conclusione earum

*Miss. in  
ritu  
celebr.  
tit. 5.*

denuo iungens, prout explicatur in Missali in ritu celebrandi. Finitis **Orationibus** sedet, recipiens Mitram & gremiale.

4. Cantata **Epistola** super librum per Subdiaconum delatum ponit manum dextram, qua per eum osculata, producit super eundem signum crucis: deinde ex libro Missali sustentato per ministrum de eo seruientem, vel si Episcopus non sit in sua Ecclesia, per Subdiaconum, legit **Epistolam, Graduale, Alleluia, Tractum & Sequentiam**, si dicenda sint, ac alia quæ habentur in Ordine Missæ, usque ad finem Euangelij; cuius titulum legens, pollice signat Euangelium in principio, ac leipsum in fronte, ore & pectore: postea existens in sede Episcopali, Diacono ante se inclinato offert manum dextram osculandam; tum ministrante Presbytero assistente cochlear & nauiculam

l. t. l. 1.  
cap. 20.

ac

ac Thuriferario thuribulum, imponit ac benedicit thus ut supra: mox Diaconum cum alijs ad se reuersum benedicit, dicens: **Dominus fit in corde tuo**, &c. Si verò vtatur faldistorio, primò imponit thus, ministrante Diacono nauiculam cum cochleari: deinde resumpto per eum libro Euangeliorum de altari, eundem benedicit, & tum offert ei manum osculan-dam.

5. Cùm Diaconus incipit **Dominus vobilcum pro Euangeliō** dicendo, depositis priùs gremiali & Mitra surgens accipit baculum pastoralem manu sinistra, & cùm dicit **Initium vel Sequentia sancti Euangeliij**, &c. dextra signat se iterum in fronte, ore & pectore; quo facto retinet baculum inter ambas manus iunctas stans versus Diaconum canentem: & finito per eum **Euangeliō** dimisso baculo, osculatur librum sibi obla-

*ExCar.  
l.1.c.9.  
¶ 23.  
¶ Mi.  
in ritu  
celebr.  
¶ be-  
nedi-  
tione  
Palma-  
rū. Ita  
etiam  
habet  
verns  
Pontif.*

tum in principio Euangelij cantati dicens, **Per Euangēlica dicta**: deinde thurificatur, & post thurificationem facto super thurificantem signo crucis, ad altare conuersus cantat ex libro, prout circa **Gloria** dictum est, **Credo in vnum Deum** ( si dicendum sit, alioqui **Dominus vobiscum**, vt infra) & cum assistentibus submissa voce prosequitur, ad Versiculum **Et incarnatus est**, &c. genuflectens, omnibus de choro pariter genuflectéibus: finito **Symbolo**, sedet cum Mitra & gremiali: & cùm prædictus **Verliculus** cantatur à choro, caput profundè inclinat cum Mitra versus altare, præterquam in Missis Natiuitatis Domini & Annuntiationis B. Mariæ, in quibus ad prædictum **Verseculum** iterum genuflectit apud sedem versus altare cum Mitra.

6. Finito per chorūm **Symbolo**, ablatis gremiali & Mitra surgit, &

cantat

cantat Dominus vobiscum, &  
Oremus, prout suprà ante Ora-  
tionem : tum ex libro per mini-  
strum sustentato legit Offerto-  
rium: quo lecto iterum sedens re-  
cipit Mitram & gremiale, & extra-  
ctis annulo & chirothecis lauat  
manus & tergit: deinde reassum-  
pto annulo, depositoque gremia-  
li surgit, & accepto manu sinistra  
baculo redit ad altare ; ante cuius  
infimum gradum in medio, depo-  
sit is baculo & Mitra, factaque  
profunda reuerentia cruci, ascen-  
dit & osculatur altare in medio  
positis hinc inde manibus: mox  
accipit à Diacono patenâ cumho-  
stia, eam offert & cætera facit ac  
obseruat prout alij Sacerdotes;  
nisi quòd post thurificationem al-  
taris redditio thuribulo, antequam  
thurificetur Mitram recipiat (quæ  
post lotas & tersas manus rursus  
aufertur) & thurificatus faciat  
signū crucis super thurificantem,

Ex l. I.  
cap 23.

nihil inclinās versus eum ante aut post. thurificationem, & in **Canone** vbi alij dicunt **Et Antistite noſtro N.** ipſe dicat **Et me indigno ſeruo tuō**, & postquam pacem de- derit Presbytero affíſtentí, eam det ſimiliter Diaconis affíſtentib⁹; ſed priūs Diacono & Subdiacono ſi non ſit daturus eis communionem, quia tunc poſt illam dabit eis ut infrā cap. 25. nu. 6. (vbi etiam & num. ſequenti declaratur quomodo ſe gerere de- beat in danda communione, & ſi hoſtiæ aliquæ conſecratæ rema- neant) & poſtquam ſumpferit ab- lutionem, abſtero ore purificatio- rio, & imposita per Diaconum Mitra, ſtans in cornu Epistolæ la- uet manus (quod non faciunt alij ſacerdotes) quibus lotis ac terſis, ablata iterum Mitra legit **Com- munionem**, & profequitur ut alij.

*Ex l. i.  
cap. 25.* 7. Sed dicto **Placeat tibi sancta Trini-**

Trinitas, &c. osculato altari & reassumpta Mitra, stans adhuc versus altare nisi sit Archiepiscopus, qui dat benedictionem sine Mitra, & versus ad suam crucem quæ per aliquem eius Capellanum genuflexū tenetur spatio congruenti, imagine Crucifixi ad Archiepiscopum versa) pollice dextræ manus format sibi signum crucis in pectore cantans, **Sit nomen Domini benedicatum**, sinistram interim super altari retinens, & dum respondetur à choro, **Ex hoc nunc & vique in sæculum**, etiam manum dextram super altari tenet: deinde cantans, **Adiutorium nostrum in nomine Domini**, eadem manu dextra signat se à fronte ad pectus & ab humero sinistro ad dextrum, quo facto eam iterum super altari reponit donec à choro respondetur, **Qui fecit cælum & terram: posteà cantans, Benedicat vos omnipotens**

L 5

Deus,

**Deus**, eleuat ad cælum simul oculos & manus, quas ante faciem iungit caput cruci inclinans: tunc accepto manu sinistra baculo, vertens se ad latus Epistolæ, ibi signat populum dicens, **Pater**; deinde vertens se directè ad populum in medio Ecclesiæ existentem, iterum signat dicens. **Et Filius**; denique vertens se ulterius ad latus Euāgelij, ibi tertio signat dicens, **Et Spiritus sanctus**, perficiendo circulum. Qua forma & modo etiam non celebrans sed præsens Missæ per alterum cantatæ, & in fine Vesperarum ac Laudum solemnium benedicit; nisi quod formando sibi signum crucis siue in pectore siue à fronte ad pectus, quia non est in altari, ponat manum sinistram infra pectus (prout etiam facit benedicendo populum quando non est indutus paramentis, vtpote non utens baculo) eoque formato iun-

gat

gat manus ante pectus: & benedicendo populum ex sua sede , non circumuerat se modo prædicto, sed primò signet versus latus suum sinistrum, videlicet in verbo **Pater;** deinde cùm dicit ; **Et Filius,** directè ante faciem suam; & demum cùm dicit, **Spiritus sanctus**, versus latus dextrum. Si infra Missam habeatur sermo, post eum finita Confessione & publicata indulgentia benedicendo , alia forma vteretur, prout habetur in fine Cærimonialis.

8. Post benedictionem dimisso baculo , publicatisque indulgentijs (nisi celebranda sit Processio post Missam , quia tunc post illam facit eas publicari ) ac deposita Mitra, vel pallio si Celebrans sit Archiepiscopus & cum pallio celebrauerit, dicit submissa voce **Dominus vobiscum**, & signans altare ac scipsum **Initium sancti Euangeli secundum Ioannem,**

quod

*Ex l. 2  
c. 23. 6  
33.*

quod prosequitur discedendo cum alijs ordine quo venerat, ad locum vbi à principio paramenta acceperat, quibus ibidem exuitur per eosdem ministros, dicens interim Antiphonam **Trium puerorum**, & Canticum **Benedicite**, &c. si verò aliud **Euangelium** dicendum sit, totum legit in altari antequam discedat. Si post Missam celebranda esset Processio, depositis apud sedem sacris vestibus usque ad stolam exclusiuè, accipiet ibidem pluviale, & omnia fient ut infrà cap. 28.

*Ex eius  
de locis  
ubi sup.*

*Ex cap.  
16. &  
21.*

Eodem modo erit paratus si ante Missam celebret Processionem, eaque finita si Missam quoque celebraturus sit, deposito apud sedem pluviali capiet ibidem cætera indumenta Missalia ut alias: si verò Missam non celebrabit, retinebit paramenta, vel illa deponet & accipiet cappam suam.

*Ex l. 2.  
cap. II.*

9. In Missa pro defunctis antequam induatur non dicit Antiph. **Ne remissaris, cum Psalmis Quam dilecta,** &c.

non

non vtitur caligis, sandalijs aut chirothecis, nec baculo pastorali : manipulū accipit cum alijs paramentis: post **Confessionem** cùm ad altare ascendit, nón osculatur librum, sed tantùm altare , & statim accedit ad sedem suam seu faldistorium , vbi versus altare legit **Introitum**, & reliqua facit & obseruat vt suprà; omissis tamen ijs, quæ ab omnibus Sacerdotibus in huiusmodi Missa omituntur , de quibus Missale in ritu celebrandi tit. vltimo. Finita Missa, deposita apud sedem vel faldistorium Planeta, Dalmatica , Tunicella ac Manipulo, capit pluviale nigrum pro absolutione facienda, Diacono & Subdiacono partis remanentibus, & Episcopum ad exuendum & induendum adiuuantibus, ac ministrantibus cum alijs in absolutione facienda , prout in **Cæremoniali lib. 2 . cap. 11.**

## CAPUT XXIV.

De officio Presbyteri ac Diacorum assistentium in Missa Pontificali.

*Ex Car.  
l. 1. c. 7.  
& 8. &  
l. 2. c. 8.*

1. Presbyteri assistentis præcipua cura erit, totam Missam præuidisse, omnesque cæmonias & actus quos Episcopus facturus est obseruasse, ac signacula in libro Missali congruis locis disposuisse, ut præstò illi esse possit suggerendo submissa voce, vel modestè nutu indicando, si fortè in aliquo vel memorię lapsu vel alia de causa deticeret aut titubaret, præsertim apud altare.

2. Postquam locum, in quo Episcopus paramenta accepturus est, cum eo ingressus fuerit, opportunè aderit apud ipsum in habitu suo canonicali, ut ipsi legenti Psalmos, **Quam dilecta**, &c. cum sequen-

sequentibus, ad sinistram eiusdem stans, alternatim respondeat: & lauanti manus porriget mantile ad tergendum: posteā induet se pluiali vt in Vesperis, & cū Episcopus celebrans Tertiam, cantabit **Orationem**, sustinebit ante eum librum supra caput in medio duorum Acolythorum tenuitum candelabra cum cereis accensis, cūque erit indutus omnibus paramentis Missalibus, imponet annulum Pontificalem annulari digito dextræ manus illius, annulo & manu priùs osculatis: mox si extra chorum paramenta accipiat, ministrabit illi cochlear & nauiculā thuris prout ibid.n. 2. quod etiam faciet quando ante **Euangelium** imponendum erit, Episcopo existēte in sede Episcopali, vbi etiā cundē osculato libro post **Euāgelium** thurificabit; alias autē Diaconus Euāgelij ista faciet.

3. Procedente Episcopo ad altare

*Ex I. 1.  
c. 23.*

incedit

incedit ante eum à dextris Diaconi Euangeliū cantaturi , vel deficientibus Diaconis assistentibus, à dextris Episcopi: & ante infimum gradum altaris facienti Episcopo **Confessionem** respondeat cum alijs, stans à dextris eiusdem , & ad verba, **Misereatur tui.** **Tibi Pater,** & **Te Pater**, versus eundem caput profundè inclinans: & post **Confessionem** osculato per Episcopum altari , adiuuat Subdiaconum in porrigendo illi libro osculando , manum apponens ad librum cum quo deinde retrahit se extra cornu Euangeliū dum Episcopus thurificat altare: & recedentem ab altari ad sedem sequitur, vbi stans apud eundem dicit alternatim cum eo **Kyrie eleison**, illoque sedente sedet in sede seu scabello suæ assistentiæ prout in Vesperis , vel si Episcopus non vtatur propria sede sed faldistorio, in scamno prope altare versus

cornu

cornu Epistolæ cum Diacono & Subdiacono.

4. Sustinet librum ante Episcopum dum cantat **Orationem** seu **Orationes**, si plures sint dicendæ, & dum intonat **Hymnum** ac **Symbolum**, quæ relicto deinde libro in manibus ministri de eo seruientis, prosequitur cum illo usque ad finem. Lecto per eundem **Offertorio**, portat librum cum puluino ad altare cum debitis reuerentijs, comitante Cæremoniario, ponens illum in cornu Euangeli apertum in folio vbi sunt ea quæ Episcopus est lecturus, ibique extra dictum cornu eundem exspectat, vel præmittit ministrum de libro seruientem, ut ipse præstò sit, ad lotionem manuum Episcopi. Cum Episcopus reuertitur ad altare, ipse à sinistris illum gradus ascendentem adiuuat, & deinceps accuratè & opportunè demonstrat illi omnia

& singula quæ ex libro sunt dicenda, ea digito indicando: cum verò Episcopus thurificat altare, sumpto libro cum puluino retrahit se extra cornu Euangeliū ne thurificationem impedit: & suo tempore dicit simul cum eo **Sanctus** & **Agnus**, & semper genuflectit cum eodem ac dum eleuatur sanctissimum Sacramentum.

5. Dicto cū Episcopo **Agnus Dei**, &c. accedit ad dextrum eius latus, & accipit ab eo pacem prout dictū est c. 17. num. 13. de Diacono ministrāte Sacerdoti in absentia Episcopi, factaque iterū Sacramento genuflexione, ducēte Cæremoniario eā in choro distribuit seruatis reuerentijs ac forma prout dictū est c. 4. sed postquam eam dederit primo Canonico cuiusque ordinis vbi præbendæ sunt distinctæ, vel vbi non sunt distinctæ, primo ab utroq; latere stāti ac magistratui, dabit eam alicui Acolytho vel Ce-

remo-

*Item  
lib. 1.  
cap. 24.*

remoniario qui cæteris de choro distribuit, & ipse reuertitur ad librū, quē, cùm Episcopus se purificauerit digitosq; abluerit, trāsfert ad cornu Epistolæ, nisi iam trāslatus esset à Diacono, & adiuuat ad lotionem manuū Episcopi vt suprà: deinde ostédit illi in libro cætera quæ supersunt, & post benedictionem petita licentia publicat indulgentias versus populum, in forma prout habetur suprà c. 16. n. 15. nisi subsequeretur Processio vel habitus esset sermo infra Missam.

6. Ultra Presbyterum assistenter, de quo hactenus, & Diaconum & Subdiaconum ad Euangeliū & Epistolam seruiétes, de quibus c. sequenti, assistūt Episcopo loci ordinario solemniter celebrati, dummodo vtatur sede Episcopali & non faldistorio, duo alij Canonici: qui cum eo locum vbi induetur paramentis Missali bus ingressi, astantes hinc inde

legenti Psalmos, Quām dilecta,  
&c. cum **Verticulis**, respondent  
simul cum Presbytero assistente;  
& cūm deposuerit cappam extra-  
hunt ei annulos, quos, cūm la-  
uerit & terserit manus, reponunt  
cum debitis osculis: postea rece-  
dentes capiunt sua paramenta ut  
in Vesperis cap. 13. num. 1. quibus  
induti redeunt ad eundem iam  
paratum; & postquam cum eo ip-  
sum medium facientes peruen-  
rint ante altare, ibi retro illum  
manentes ac stantes hinc inde  
(quo modo etiam alijs ante altare  
stant, ita ut Diaconum Euangelij  
stantem in loco suo post Cele-  
brantem medium habeant) re-  
spondent pariter cum alijs dum  
facit **Confessionem**.

7. Post thurificationem altaris  
tam in principio Missæ, quam  
post oblationem, antequam Epi-  
scopus thurificitur, dignior ex eis  
imponit illi Mitram (cūm Diaco-  
nus

*Ex l. 1.  
cap. 9.*

nus Euangelij, ad quem alioqui in Missa apud altare hoc spectat, tunc sit impeditus cum thuribulo, quod ab Episcopo accepit ut eum thurificet) quod etiam facit, quotiescumque apud sedem imponenda est (quod videbit ex cap. præcedenti) alter verò à sinistris assistens vittas à tergo Episcopi aptat, & ponit gremiale in gremio ipsius, & aufert Mitram quoties ibidem auferenda est, ablato priùs gremiali, digitoque ostendit Episcopo quæ ibidem per eum ex libro dicenda sunt, & assistens à dextris vertit folia cùm opus est ut dictum est cap. 13. num. 3. Item dicunt **Kyrie eleison** alternatim cum Episcopo, & prosequuntur cum eodem **Hymnum** & **Symbolum**, & alias cùm opus est respondent: & lecto per Episcopum **Offertorio**, postquam illi sedenti impo- fuerint Mitram & gremiale, extrahunt eidem chirothecas, ex-

*Ex l. i.  
cap. ii.*

*Ibidē.*

tracto priùs per digniorem annulo, qui per eundem reponitur post lotionem & abstersionem manū. Denique accipiunt pacem imme-  
diatè ab Episcopo, statim postquā  
eam dedit Presbytero assistenti  
ac Diacono & Subdiacono si non  
accepturi sint communionē, priùs  
& post genuflectentes ante SS.  
Sacramentum.

## C A P V T     x x v .

**De officio Diaconi & Subdia-  
coni seruientium ad Euangelium  
& Epistolam in Missā  
Pontificali.**

*ExCap.  
lib. i.  
cap. 9.  
§ 10.  
§ lib.  
2. c. 8.*

**S**Vppositis illis quæ suprà dicta  
sunt c. 17. de Diacono, & 18. de  
Subdiacono, hīc tantum afferam  
ea in quibus ipsi aliter se gerere  
debent seruientes Episcopo, quam  
Sacerdoti. Itaque Episcopo cele-  
brante, ipsi quoq; de numero Ca-  
nonicorum esse debent, proinde  
cum eo locum, ubi induetur para-  
mentis, ingressi, statim capiēt sua

para-

paramenta ut suprà, excepto Manipulo, quem demum accipiunt induito Episcopo: qui cùm incipit legere Psalmos, **Quām dilecta**, &c. Subdiaconus iam indutus affert ex altari vel credentia ambabus manibus velo coopertis sandalia & caligas alio velo cooperta, quibus, detractis priùs ordinariis calceis, induit Episcopū genuflexus, primò in dextro pede, deinde in iñistro, adiuuantibus duobus familiaribus Episcopi; & quò commodius & decentius officium suū peragere possint, Acolythis fimbrias cappæ Pontificalis eleuantibus & dilatantibus, ac postea iterum in gyrum aptantibus.

2. Postquam Episcopus lauerit manus, induunt illum paramentis acceptis de manibus Acolytorū ea ex altari ordine afferentiū, videlicet Diaconus à dextris & Subdiaconus à sinistris, sed Diaconus principaliter omnia operatur,

& Subdiaconus solum adiuuat  
vbi opus est. Primò ergo offerunt  
Episcopo Amictum osculandum  
in medio vbi crux est, quem mox  
aptant diligenter circa collū eius  
vt vestium summitates omnino  
tegat, & chordulas ex illo pen-  
dentes post tergum ductas & an-  
te pectus reductas strictè colli-  
gant: deinde accipiunt Albam,  
quam circa collum eius, humeros  
& brachia distendunt & aptant:  
tertiò Cingulum , quo Albam  
constringunt incipientes à tergo  
& ante pectus religantes (Albe au-  
tem extremitates circum circa  
Acolythi subleuant & aptant, vt  
æqualiter defluat & vestes conte-  
gat) poste à Diaconus accepta Cru-  
ce pectorali , eam ab Episcopo  
osculatā imponit eius collo, ita vt  
ante pectus pendeat: deinde offert  
eidem Stolam osculandam, quam  
super eius humeros applicat ita  
vt nec collum tegat, nec transuer-

fa

sa sit in modum crucis, sed æqualiter ante pectus pendeat. Tum si Episcopus ipse celebret Tertiam, imponunt illi pluuiale & Mitram: quibus, dicto per chorum **Benedicamus Domino**, rursus depositis, induunt illum Tunicella, constringentes chordulas hinc inde super humeros; & mox eodem modo Dalmaticam: deinde sedēti imponunt chirothecas, Diaconus in dextra manu & Subdiaconus in sinistra, deosculatis priùs manibus eius & chirothecis: posteā iterum stantem induunt Planeta: ac demum rursus sedenti Diaconus imponit Mitram, Subdiacono vittas à tergo aptante: imposito tamen priùs Pallio, si fit Archiepiscopus & eo die illo uti conueniat, de quo videatur Cœrimoniale.

3. Tum acceptis manipulis suis procedunt cum Episcopo ad altare, Diaconus immediatè ante il-

Quo-  
ad mo-  
dū im-  
ponendi  
l. 2. c. 8.  
& quo-  
az tē-  
pora  
utēdi 1  
1 c 16.

lum à sinistris Presbyteri assisten-  
tis , vel deficientibus Diaconis  
assistantibus , à sinistris Episco-  
pi, & Subdiaconus ante eos por-  
tans ante pectus librum Euange-  
liorū clausum , in quo inclusus sit  
Manipulus Episcopi . Cū peruen-  
erint ante altare, antequā illi reue-  
rentiam faciant , Diaconus aufert  
Episcopo Mitram, quā dat ad ma-  
nus ministri de ea seruientis , &  
Subdiaconus tradit librū Cæremo-  
niario : deinde factis altari reue-  
rentiis cum Episcopo , Diaconus  
stans à sinistris eius , & Subdiaco-  
nus parūm retrò apud Diaconū,  
respondent ipsi facienti **Confes-**  
**sionem:** & cùm dixerit **Indulgen-**  
**tiam**, &c. Subdiaconus Manipulū  
ex libro acceptum à latere oscula-  
tur, & Episcopo vbi crux est oscu-  
landum porrigit , mox osculata  
manu illius, imponit sinistro eius  
brachio: eidemq; Episcopo, cū ad  
altare ascéderit & illud osculatus

fuerit,

fuerit, stans in cornu Euangelij à  
sinistris eius, adiuuāte Presbytero  
assistente, offert osculandū dictum  
librum, vbi est principium Euan-  
gelij Missæ dicendæ: & tunc Dia-  
conus ministrat nauiculam cum  
cochleari & thuribulū, & assistunt  
thurificanti, vt aliās. In Missis verò  
defunctorum non portatur liber Euan-  
geliorum, nec offertur Episcopo oscu-  
landus: Manipulo autem induitur cum  
alijs paramentis post Cingulum (omissis  
à ministris osculis in his Missis omitti  
solitis) sed non induitur sandalijs aut  
caligis nec chirothecis.

4. Recedente Episcopo cum  
Assistentibus ad sedem suam Epi-  
scopalem, ipsi remanent apud al-  
tare in cornu Epistolæ, donec ad  
altare redeat, nisi quatenus pro  
Epistola & Euangilio cantandis,  
& bursa afferenda vterq; vel alter  
eorum recedere debet: vbi ante  
scamnū pro ipsis paratum stantes  
versus altare dicente Episcopo cū

ExCar.  
lib. 2.  
c. 11. &  
Miss. in  
ritu ce-  
lebr.

Affi-

Assistantibus **Kyrie eleison**, ipsi idem dicunt inter se, eo quæ sedentes sedent, & poste à ad **Gloria in excelsis**, iterum stantes, illud ab Episcopo intonatum, submissa voce prosequuntur usque ad finem, & rursus eō sedente sedent; idem quæ obseruant circa **Credo**, & aduertant ut Episcopum non præeant sed subsequantur. Si vero Episcopus non utatur sede Episcopali sed faldistorio, dicant prædicta cum illo, & quando sedendum est sedebunt post illum cum Presbytero assistente: & quia tunc non assistunt Episcopo Diaconi de quibus cap. præcedenti, Subdiaconus post thurificationem altaris in principio Missæ, antequam Episcopus thurificetur, imponet illi Mitram, deinceps vero Diaconus illam imponet & auferet, & Subdiaconus gremiale, nisi ubi necessitas aliud suadet ut ante Euangelium Presbyter assistens auferet

*Ex l. 1.  
cap. 8.*

*Ibidem  
cap. 11.*

gre-

gremiale & Mitram, & post thurificationem oblatorum & altaris Cæremoniarius vel alias eandem imponet, & postquam Episcopus lauerit & terserit manus iterum auferet, cum illi tunc sint impediti. Item Subdiaconus ostendet ibidem Episcopo in libro quæ ex eo dicenda sunt, & Diaconus cum opus est, vertet folia: & suo tempore auferent annulum & chirothecas, prout dictum est de Diaconis assistentibus cap. præcedenti n. vltimo. Diaconus quoque Euangelium cantaturus, collocato libro in altari, ministrabit Episcopo cochlear & nauiculam pro imponendo thure, & dicto more solito **Munda cor meum**, &c. & resumpto libro petet benedictionem, ac post eam osculabitur manus Episcopi, & cantato Euanglio postquam illud osculatus fuerit eundem thurificabit; cum alias existente eo in sede Episcopali,

feruen-

Ex s. 8.

## 190 Compend. Cæremon.

seruentur illa quæ dicta sunt c. 17.  
num. 7. præsente Episcopo: Sub-  
diaconus verò post Epistolam  
osculata manu Episcopi, tenebit  
ante illum, si non sit in sua Eccle-  
sia, librum Missalem ex quo legat  
**Epistolam** & alia usque ad **Euan-**  
**gelium** inclusiuc.

5. Cùm Episcopus redit ad alta-  
re, Diaconus ante insimū gradum  
aufert ei Mitram, & gradus altaris  
ascendentem à dextris adiuuat, &  
mox dat illi patenam cum hostia:  
Subdiaconus autem defert cali-  
cem ad altare, ita ut eodem tem-  
pore cum Episcopo illuc perue-  
niat, aliaque faciunt & obseruant  
prout suprà dictum est Sacerdote  
celebrante: excepto quod Sub-  
diaconus non accedat ad Episco-  
pum. dicturus cum eo **Sanctus**  
aut **Agnus**, & pacem accipiant ut  
infrà, nec aliis dent, sed Diaconus  
dicto cum Episcopo **Agnus** sta-  
tim accedit ad librum, ubi seruit

loco

loco Presbyteri assistentis donec  
redeat ab osculo pacis, Subdiacono  
interim seruiente à dextris ; &  
Diaconus aduertat diligenter, vt  
dum Episcopus thurificat oblata  
& altare, vel signat super hostiam  
& calicem, opportunè partem  
Dalmaticæ ad brachium illius  
semper aliquantulum subleuet  
seu retrahat, & post ablutionem  
antequam lauet manus, impo-  
nat ei Mitram, & post lotas ac  
tersas manus rursus auferat, &  
cum daturus est benedictionem,  
dicto **Placeat tibi sancta Trini-**  
**tas, &c.** iterum imponat ( nisi fit  
Archiepiscopus, qui dat benedi-  
ctionem sine Mitra ) & publicata  
per Presbyterum assistentem ( si  
publicanda sit ) indulgentia ,  
iterum auferat. Si celebrans fit  
Archiepiscopus, & cum pallio  
celebrauerit , data benedictio-  
ne & publicata indulgentia ,  
Diaconus extrahit illi pallium,

&amp;

& super altare deponit. Denique cum Episcopo ad locum vbi paramenta acceperat, eodem ordine reuerli exuunt illum sacris paramentis, antequam sua deponat.

6. Aduertendum est, quod semper Diaconus & Subdiaconus (nisi sint sacerdotes & velint celebrare) debeant accipere communionem ab Episcopo celebrante statim post sumptum ab eo sanguinem, & ante illam manum eiusdem osculentur, post illam vero, si datio pacis Missæ conueniat, faciem ipsius osculantes, accipient pacem ab eodem dicente, **Pax tecum, respondentes, Et cum spiritu tuo:** sed casu quo non essent accepturi communionem, accipient pacem ab eodem statim postquam illam dederit Presbitero assistenti, prius & post genuflectentes ante Sacramentum.

*Ex l. 2.  
c. 29. &  
23.*

*Ex l. 1.  
cap. 24.*

*Ex l. 2.  
cap. 29.*

7. Si facienda erit communionis generalis, postquam Diaconus & Subdia-

conus

conus eam acceperint vt suprà, Subdiacono stante post Episcopum in cornu Euangelij conuersum ad cornu Epistolæ , Diaconus in cornu Epistolæ stans aliquantulum inclinatus versus Episcopum iunctis manibus cantabit **Confessionem** prout in fine Cæremonalis , & postquam Episcopus dixerit absolutiōnem, Subdiacono cum eo accedente ad cornu Epistolæ cum genuflexione ante Sacramentum, Diaconus ibit ad cornu Euangelij & accipiet cum debit is reuerentijs calicem seu vasculum cum hostijs consecratis coopertum , & cum illo stabit ad dextram Episcopi firmantis se in medio altaris versus communicandos , ita vt commodè semper ex illo hostias accipere possit: Subdiaconus verò stabit ad sinistram Episcopi cum patena de ipso calice sublata , quam ita tenebit vt Episcopus habeat illam continuò infra manum & hostiam, quotiescumque aliquam ex calice accipiet donec eam ori communicatis imposuerit. Finita communione Episcopus reposi-

N

tum

Cap. 23.

tum super altare calicem cum hostijs, si  
quæ remanserunt, cooperit, vel con-  
signatur alicui Presbytero superpell-  
ceo cum stola vel pluiali induto, qui  
eundem præeuntibus ministris cum fu-  
nalibus quæ eousque accensa tenuerunt,  
& aliquibus de clero comitantibus, por-  
tet ad locum ubi asseruatur Sacramen-  
tum: & tunc Episcopus se purificat &  
digitos abluit, sed non sumit ablutionem,  
sed ea sumitur per aliquem Pre-  
sbyterum. *Et si in altari remaneant ho-*  
*stiae, facta Sacramento reverentia cum*  
*genusflexione, retrahit se extra cornu*  
*Epistolæ versa facie ad populum, ubi*  
*lauat manus sine Mitra, & semper eun-*  
*do ac redeundo ad altare usque ad ter-*  
*ram genuflectit ante Sacramentum: &*  
*dum vertit se ad populum dicturus,*  
**Dominus vobiscum,** non utique  
in medio altaris vertit renes Sacramen-  
to, sed versus latus Epistole, & in fine  
ibidem dat benedictionem sine Mitra.

CAPVT

## C A P V T   X X V I .

De Organista & Cantoribus  
seu Musicis.

**I**N omnibus Dominicis & Festis buibus populus à seruilibus operibus abstinet, decet in Ecclesia organum & musicorum cantus adhiberi: praterquam infra Adventum, & Quadragesimam; excepta Dominica tertia Adventus quæ dicitur **Gaudete**, & quarta Quadragesimæ quæ dicitur **Lætare**, & festis ac ferijs quæ infra Adventum aut Quadragesimam cum solemnitate ab Ecclesia celebrantur, vt dies Annuntiationis, Feria quinta in Cœna Domini, Sabbatum sanctum, & similes, & quandocumque occurrit celebrari solemniter & cum lætitia pro aliqua re graui.

2. In Vesperis solemnibus organum pulsari solet in fine cuiuslibet **Psalmi**, & alternatim in versibus **Hymni**, & Cantici **Magnificat**

Carem.  
lib. 1.  
cap. 28.

N 2 / (circa

## 196 Compend. Cæremón.

Lib. 2.

cap. 3.

(circa quod aduertant cantores & organista, vt cantum & sonum in uicem alternatim ita dimetiantur, vt ante repetitionem **Antiphonæ** incensatio sit expleta) in Matutinis autem potest pulsari organum ab Hymno **Te Deum laudamus**, prout in Vesperis, & in Matutinis noctis Natiuitatis Domini etiam à principio ipsarum.

3. In Missa solemini pulsatur organum ad **Kyrie eleison** & **Gloria in excelsis** alternatim; item finita **Epistola**, & ad **Offertorium**; item ad **Sanctus** alternatim; item dum eleuatur sanctissimum Sacramentum, grauiori & dulciori sono; item ad **Agnus** alternatim, item ad **Antiphonam** quæ dicitur **Communio**, ac in fine Missæ. In **Symbolo** autem non est intermisendum organum, sed illud per chorum cantu intelligibili proferatur.

4. In

4. In Missis & Officijs defunctorum nec organum, nec musica quam figuratam vocant adhibetur: sed cantus firmus, quem etiam tempore aduentus & quadragesimæ in ferialibus diebus adhiberi conuenit.

5. Regulare est, siue in Vesperis, siue in Matutinis, siue in Missa, vt primus Versus **Canticorum & Hymnorum** & pariter **Versus** ad quos genuflectendum est, cantentur à choro in tono intelligibili, non autem ab organo: sic etiam Versiculus **Gloria Patri**, &c. & ultimus Versus **Hymnorum**, etiamsi immediatè præcedes fuerit à choro pariter decantatus.

6. Aduertendum est, vt quandocumque per organum figuratur aliquid cantari, seu responderi alternatim Versibus **Hymnorum** aut **Canticorum**, ab aliquo de choro intelligibili voce pronuncietur id quod ab organo respondendum est. Et laudabile esset, vt

N 3                aliquis

aliquis cantor coniunctim cum organo voce clara idem cantaret.

7. Cauendum autem, ne sonus organi sit lasciuus aut impurus, & ne cum eo proferantur cantus qui ad Officium quod agitur non spectent, nendum profani aut ludicri, nec alia instrumenta musicalia præter ipsum organum addantur. Idem quoque Cantores & Musici obseruent, ne vocum harmonia, quæ ad pietatem augendam ordinata est, aliquid levitatis aut lasciuia præ se ferat, atque audientium animos à rei diuinæ contemplatione auocet: sed eorum symphonia sit deuota, distincta & intelligibilis.

---

CAPVT

---

## C A P V T   X X V I I .

De absolutione facienda post  
Missam defunctorum in die  
depositionis & anni-  
uersario.

I. **F**inita Missa pro Defun-  
ctis, Sacerdos celebrans  
retrahit se ad cornu Epistolæ, vbi  
exuitur casula seu Planeta, & de-  
posito manipulo accipit plu-  
uiale nigrum, Diacono & Sub-  
diacono paratis remanentibus.  
Tum Subdiaconus medius inter  
Acolythos ferentes candelabra  
cum cereis ardentibus, defert cru-  
cem, præcedentibus duobus aliis  
Acolythis, uno cum thuribulo &  
nauicula incensi, alio cum vase  
aquæ benedictæ & aspersorio: se-  
quitur Celebrans, facta priùs al-  
tari reuerentia, & Diaconus à  
finistris eius. Subdiaconus cum

*Ex Mis.  
in Ritu  
celeb n.  
vlt. &  
Rituali  
post Of-  
ficium  
Defun-  
ctorum.*

N 4                  cruce

cruce medius inter Ceroferarios  
sistit se ad pedes tumuli seu lecti-  
cæ mortuorum contra altare, ita  
vt inter ipsos & tumulum sit trās-  
itus: Celebrans verò ex alia parte  
in capite loci inter altare & tumu-  
lum, aliquantum versus cornu  
Epistolæ, ita vt crucem Subdiaco-  
ni respiciat, & à sinistris eius Dia-  
conus, ac prope eum Acolythi  
deferentes thuribulum & vas  
aquæ benedictæ. Interim canta-  
tur Responforium **I libera me**  
**Domine de morte æterna**, &c. &  
dum repetitur Responforium  
post Versiculum **Requiem æter-  
nam**, &c. Celebrans, nisi adsit Epi-  
scopus, ponit incensum in thuribu-  
lum & benedit more solito, mi-  
nistrante Diacono nauiculam  
cum cochleari sine osculis, & A-  
colytho thuribulum, & finito per  
chorum vltimo **Kyrie eleison**, Ce-  
lebrans incipit intelligibili voce  
**Pater noster**, & secretò profe-

quendo

quendo reliqua, accipit aspersorum de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitante eodem Diacono à dextris & tenente fimbriam anteriorem Pluuialis, circuiens tumulum aspergit illum aqua benedicta, ter à parte dextra & ter à sinistra, cùm transit ante crucem profundè inclinat, Diaconus verò si non sit Canonicus genuflectit: postquam Celebrans ad locum suum redierit, reddito ibi aspersorio Diacono, accipit ab eodem thuribulum, & similiter circuiens eodem modo quo asperserat incensat. Et reuersus ad pristinum locum, Diacono tenente librum, iunctis manibus dicit: **Et ne nos inducas in tentationem**, & Versus A porta inferi, Requiescat in pace, Domine exaudi orationem meam, **Dominus vobiscum**, Oremus cum Oratione Absolue quæsumus **Domine**, &c. vel alia conuenien-

te, & post eam dicens, **Requiem**  
**æternam**, &c. facit crucem ma-  
 nu dextra super tumulum, & di-  
 cto per cantores, **Requiescant in**  
**pace**, & Resp. **Amen**, præceden-  
 te cruce discedit cum aliis prout  
 venerat, ad sacristiam. Si Officium  
 fit pro pluribus Defunctis, **Ora-**  
**tio** & **Versus** dicuntur in numero  
 plurali, & si Defunctus fuerit Sa-  
 cerdos vel Episcopus, in **Oratione**  
 exprimitur nomen dignitatis.  
 Præsente corpore Defuncti, Subdiaconus  
 cum cruce medius inter cerofera-  
 rios collocabit se apud feretrum ad ca-  
 put Defuncti (qui si fuerit Sacerdos,  
 ponendus est capite versus altare, alij  
 verò non Sacerdotes ponuntur pedibus  
 versus altare) Celebrans autem cum  
 Diacono & aliis ministris sistet se ad  
 pedes Defuncti, & ante Resp. dicet  
 Orationem, **Non intres in iudicium**,  
 &c. vt in Rituali Romano, & post  
 Resp. & Versus vt suprà, ac Oratio-  
 nem, **Deus cui proprium est**, &c. alia

Ritual.  
 tit. de  
 exe-  
 quies.

dicun-

dicuntur & obseruantur prout in eodem Rituali: vbi etiam antè præscribuntur Preces seu Suffragia dicenda quando corpus Defuncti deferuntur ad Ecclesiam & post ingressum in eam.

2. Si verò non adsit feretrum aut tumulus seu lectica mortuorum ad quam eundum sit, Sacerdos dicto **Placeat**, &c. accedens ad cornu Epistolæ altaris, deposita ibi planeta & manipulo, accipiet pluuiale vt suprà, & stans ibidem versus altare exspectabit finem **Responsorij**, Acolythis seu alijs interim extendentibus ante infimum gradum altaris pannum nigrum: & circa finem **Responsorij** ipse, vel *Episcopus si adsit, imponet thus in thuribulum* vt suprà, quod aliquis Acolythus tenebit ibi iuxta cornu altaris, & alias vas aquæ benedictæ cum asperforio.

*Cer. li.  
2. c. 37.*

Cele-

Celebrans dicto per chorū vltimo **Kyrie eleison**, stans adhuc in dicto cornu versus altare dicet ut suprà **Pater noster**, quod secrētō prosequendo accedet ad medium altaris, & versus ad dictum pannū, ministratē Diacono asperforiū, ter asperget super eundem pannum, tum ministrante eodem Diacono thuribulum, thurificabit simili modo, ter dicens thuribulum versus pannum: deinde conuersus ad altare in cornu Epistolę ex libro super illud posito dicet: **Et ne nos**, & reliqua ut suprà, & dicto per cantores **Requiecat in pace**, accedens ad cornu Euangelij, & signans altare ac se ipsum dicet **Euangelium S.Ioannis**: quo finito, cum debit⁹ reuerentijs medius inter Diaconum & Subdiaconum, præcedentibus Acolythis redibit ad sacristiam ad se exuendum.

3. Episcopus si præsens sit, interea

dum

ExCar.

l.2.cap.

ii. &

37.

dum cantatur **Responforium** sedet  
cooperto capite, *Assistentibus & alijs de*  
*choro pariter sedentibus; & circa finem*  
**Responf.** imponit ac benedicit incen-  
sum more solito, ministrante Presbyte-  
ro assistente nauiculam cum cochleari si-  
ne osculis, & Cæremoniario vel eo defi-  
ciente, Acolytho thuribulum : incepto  
**Kyrie eleison** detecto capite surgit,  
& sic stat usque ad finem, & pariter  
omnes alijs stant. Si vero Episcopus ipse  
voluerit absoluere, statim finita Missa,  
vel si sermo habendus sit in laudem de-  
functi, pro quo Missa celebrata est, eo  
finito, per Assistentes exuetur cappa  
apud sedem suam, & supra rochettum  
induetur Amictu, Stola & Pluuiali  
nigro ac Mitra simplici: vel si ipse Mis-  
sam celebrauerit, depositis ibidem Pla-  
neta, Dalmatica & Tunicella ac Mani-  
pulo, capiet Pluuiiale: & omnia sient  
prout in Cæremoniiali lib. 2. cap. II. post  
Missam.

Ex cap.  
12. 36.  
& 37.

Cap. II

C A -

## CAPVT XXIX.

## De Processionibus.

*Ex Mif.  
in rubr.  
gener.  
tit. 19.  
& Car.  
lib. 2. c.  
17. 21.  
& 33.*

1. IN Processionibus quæ fiunt ante vel post Missam, Sacerdos celebrans semper vtitur pluuiali super Alba, prout in asperfione aquæ benedictæ: & Diaconus & Subdiaconus Dalmatica & Tunicella prout in Missa, præterquam in Processionibus festi Purificationis & Dominicæ Palmarum, in quibus in Cathedralibus & præcipuis Ecclesijs vtuntur planetis plicatis ante petitus, sine manipulis. Quando verò fit Processio post Vesperas, vt in Octaua festi Corporis Christi ad reponendum sanctissimum Sacramentum, Celebrans & Assistentes vtuntur paramentis prout in Officio Vesperarum.

*Mif. &  
Car. in  
festo*

2. In festo Purificationis & Dominicæ Palmarum, completa benedictione & distributione can-

dela-

delarum seu palmarum , prout  
præscribitur in Missali ac Cære-  
moniali , Sacerdos celebrans an-  
te altare , vel Episcopus in sua se-  
de , primùm imponit ac benedi-  
cit incensum , Sacerdoti Diacono ,  
Episcopo verò Presbytero assi-  
stente ministrante nauiculam cum  
cochleari , & thuriferario thu-  
ribulum : deinde dicto per Dia-  
conum in cantu versus popu-  
lum **Procedamus in pace** , &  
responso per Chorum **In nomi-  
ne Christi , Amen** , præceden-  
te Thuriferario cum thuribu-  
lo fumigante ante Subdiaco-  
num deferentem crucem , pro-  
cedit Processio ordine quo in-  
frà num. 6. omnibus candelam  
accensam seu palmam manu de-  
xtra gestantibus , sed Episcopus  
*suam defert manu sinistra & dextra*  
benedicit . Et in Dominica Pal-  
marum antequam crux Proces-  
sionis reuertatur in Ecclesiam ,

Purifi-  
cationis  
& Do-  
minica  
Palma-  
rum.

præue-

præueniunt aliqui cantores , qui ingressi Ecclesiam clauso ostio cantant versus ipsam Processionem Versiculum **Gloria , laus & honor**, &c. respondentibus alijs extra Ecclesiam , prout in Missali & Rituali , & cantatis omnibus Versiculis vel eorum parte, prout tēpus & occasio postulabit , Subdiaconus hastili crucis percutit portam Ecclesiæ , qua statim aperata intrat Processio, choro cantante Respons. **Ingredientे Domino**, &c. & post ingressum chori omnes deponunt palmas , quas resumunt dum cantatur **Passio & Euangeliū**, & **Episcopus insuper ad eleuationem**. Sic etiam in festo Purificationis finita Processione extinguitur candelæ , & rursus accensæ ad **Euangeliū** ab omnibus in manibus tenentur , ac iterum ad **eleuationem SS. Sacramenti** usque ad peractam communionem.

*Rituale  
de Pro-  
cessio-  
nibus  
Car. l. 2.  
cap. 32.*

3. In Processionibus Litania-  
rum in festo S. Marci & triduo  
ante Ascensionem Domini , con-  
gregato clero & populo , postquā  
omnes contrito & humili corde  
Deum flexis genibus paulisper  
precati fuerint , stando canitur  
Antiphona, **Exurge Domine &c.**  
qua repetita, omnibus iterum ge-  
nusflexentibus duo cantores ante  
altare maius genuflexi deuotè  
**Litanias** cantare incipiunt , cæte-  
ris eadem voce respondentibus.  
Cùm autem cantatum erit **S. Ma-**  
**ria ora pro nobis**, omnes surgunt,  
& ordine quo infrà procedunt  
**Litanias** prosequentes. Et si Pro-  
cessio sit longior , absolutis **Lita-**  
**niiis** usque ad **Preces** exclusuè, re-  
petuntur vel dicuntur aliqui **Psal-**  
**mi** ex Poenitentialibus seu Gra-  
dualibus: Hymni verò vel Canti-  
ca lætitiae in ijs, vel alijs poeniten-  
tiæ causa institutis Processionibus  
non dicuntur. Si in via diuerten-

O dum

dum sit ad Ecclesiam vnam vel plures, post ingressum in Ecclesiam intermissis **Litaniis** vel **Psalmis** cantatur **Antiphona** cum **Versu** & **Oratione** S. Patroni illius Ecclesiæ, deinde egrediendo resumuntur **Litanie** vel **Psalmi**. Postquam autem peruentum erit ad Ecclesiam ad quam iuxta consuetudinem ciuitatis Processio dirigitur (cuius Ecclesiæ clerus, ubi ita consuetum est, procedet obuiam usque extra portam Ecclesiæ, ibique stans recipiet Professionem) dictis ibi **Precibus** & **Orationibus** omnibus prout in Breuiario post **Litanias**, celebratur ibidem Missa solemnis Rogationum ab Episcopo, vel aliquo Canonicco cum Cæremonijs, ut supra suis locis positæ sunt, & in fine Episcopus, siue ipse Missam celebrauit, siue non, dat benedictionem solemnem, & facit publicari indulgentiam.

4. In festo Corporis Christi fi-

nita

Cer l.

2. c. 33.

nita Missa & Processione inchoata, *Episcopus*, vel in eius absentia Sacerdos celebras imponit thus in duo thuribula absq; benedictione, *Presbytero* seu Diacono ministrante cochlear absque osculis, & nauculam, nihil dicendo: deinde genuflexus in supremo gradu altaris ante Sacramentū, illud thurificat cū altero thuribulo tripliciductum per Cæremoniariū vel Diaconum imponitur illi velum fericeum oblongum circa humeros ita vt ante pectus hinc inde equaliter pendeat, & Diaconus ascendens ad altare cum debit is reuerentijs accipit tabernaculum cum sanctissimo Sacramento, & stans offert Celebranti genuflexo sine osculis & reuerentijs versus illum, sed statim atque illud in manibus Celebrantis reliquerit, genuflectit, & surgit cum eo; mox Celebrans ad altare ascendit & vertit se

& Riuale de Proces-  
sionsb.

ad populum , ambabus manibus  
velo , quod circum humeros ha-  
bet, coopertis Sacramentum ante  
faciem tenens (cantor iqus inci-  
pientibus Hymnum **Pange lin-**  
**gua gloriōsi**, & prosequenter  
cum alijs prout in Rituali) de-  
scendit & portat reuerenter sub  
baldachino (quod beneficiati in-  
duti pluuialibus si haberi possunt,  
aliàs cum superpelliceis portant  
per Ecclesiam , & in porta Eccle-  
siæ succedunt laici nobiliores, illis  
euntibus ad locum suum ante Ca-  
nonicos) medius inter Diaconum  
& Subdiaconum , seu inter duos  
Diaconos assistentes pluuialis latera  
hinc inde subleuantes, & per viam  
Processionis semper aliquos **Psal-**  
**mos** vel **Hymnos** submissa voce  
recitat illis respondentibus , vel  
cum cæteris deuote concinunt. A  
lateribus hinc inde præcedunt  
duo Acolythi cum thuribulis Sa-  
cramentum continuò per viam

thuri-

thurificantes: & ante eos quatuor, sex, vel octo alij portantes funalia seu intorticia accensa: reliqui verò præcedunt ut infrà, cum funeralibus vel saltem cereis accésis, quos non extinguent nisi postquam Celebrans finita Procesione cum Sacramento dederit benedictionem. Si via Processionis fuerit longior, poterit Celebrans super aliquod altare deponere sanctissimum Sacramentum & aliquantulum quiescere, & ibidem antequam discedat, illud thurificare, & **Orationem** de Sacramento cantare prout infrà: quod tamen non passim ad singula altaria quæ forfitan per viam constructa & ornata reperiuntur, faciendum est, sed semel tantum vel iterum. In fine Processionis, dum Celebrans redierit ante supremum gradum altaris, Diaconus à dextris, cum debita reverentia genuflexus recipiet Sacramentum de manu Ce-

O 3 lebrantis

lebrantis stantis sine osculis & reuerentijs versus illum , & surgens reponet super altare, canticis interim in cantu pausato & deuoto cantantibus **Tantum ergo Sacramentum**, &c. omnibus genuflectentibus & SS. Sacramentum reuerenter adorantibus. Celebrans verò paulò retrocedens, deposito velo stans imponet incensum in alterum ex duobus thuribulis , & genuflexus in supremo gradu altaris , thurificabit SS Sacramētum, prout fecerat in principio : & cantato per duos cantores Versiculo **Panem de cælo**, &c. & responso per chorum, surgens ex libro, quem Diaconus & Subdiaconus seu *Assistentes* genulexi hinc inde tenebunt , cantabit Orationem **Deus qui nobis**, &c. qua finita accedet ad altare , & facta genuflexione accipiet tabernaculum cum sanctissimo Sacramento , quod amba-

bus

bus manibus eleuatum tenens ac vertens se ad populum, cum illo semel, *vel si sit Episcopus*, ter signum crucis faciet super populum, nihil dicens, & reuerenter reponet. Postea si fuerit Episcopus, eo genuflectente, Presbyter assistens in cornu Epistolaæ altaris stans versus populum, facta prius cum genuflexione Sacramento debita reuerentia, publicabit indulgentias in forma prout suprà cap. 16. num. ultimo ab Episcopo concessas omnibus qui Professioni interfuerunt.

5. Ad similitudinem dictarum Processionum etiam regulantur aliæ extraordinariæ. Nam in illis quæ fiunt ad postulandam serenitatem vel pluuiam, aut tempore pestis, famis aut belli, vel in quacunque tribulatione, omnia fiunt ut in Processionibus **Litaniarum** cū precibus conuenientibus prout in Rituali: Processiones autem pro gratiarum actio-

Cap. I.  
2. c. 32.  
in fine  
Ex. Ri-  
tuale de  
Proces-  
sionib.

ne inchoantur ab Hymno Te  
Deum laudamus, prout ibidem:  
quæ verò fiunt cum sanctissimo  
Sacramento regulantur ad for-  
mam Processionis festi Corporis  
Christi.

Item ex  
Miss. &  
Cær. fe-  
ria s.  
in cœna  
Domini  
ni post  
Missā.  
Ex Mis-  
sa ac Cær.  
locis  
suprà  
citat̄is,  
& Ri-  
tuali de-  
proces-  
sioni-  
bus.

6. Ordinantur autem Processio-  
nes per Cæremoniarium hoc or-  
dine: Præcedit minister portans  
crucem imagine Crucifixi ad Pro-  
cessionem versa, medius inter  
duos Acolythos deferentes can-  
delabra cum cereis ardentibus:  
deinde sequuntur clerici & bene-  
ficiati bini ac bini; & post eos Ca-  
nonici pariter bini secundūm eo-  
rum ordinem, videlicet primò iu-  
niiores, deinde seniores seu di-  
gniores, & ultimo loco Celebrans  
cum Diacono à sinistris in festo Purifi-  
cationis & in Dominica Palmarum,  
quia tunc Subdiaconus seruiens in Mis-  
sa ad Epistolam defert crucem: alias  
medius inter Diaconum à dextris  
& Subdiaconum à sinistris, seu in-

ter

ter Assistentes. Si adsit Episcopus & non celebret Processionem, sequitur immediate post Celebrantem indutus cappa sua Pontificali: alioqui si eam celebret (quo casu Canonici omnes, si commode fieri potest, erunt cum paramentis prout quando celebrat Missam & Vesperas, vel saltem sex aut octo erunt cum pluuialibus) indutus pluuiali cum Mitra, super amictu, alba, cingulo & stola, tenet locum Celebrantis, medius inter duos Diaconos assistentes paratos dalmaticis, qui fimbrias anteriores pluuialis per totam viam hinc inde eleuabunt; & si via Processionis fuerit longior, aut Episcopus ferat candelam vel palmam, vel aliquas sacras reliquias, imaginē aut sanctissimum Sacramentum, immediate ante illum ibit minister ferens baculum pastoralem ( quem alias Episcopus ipse manu sinistra gestat, dextra populo interdum benedicens ) & si deferat sanctissimum Sacramentum, immediate post illum ibit minister gestans Mitram, prout supra cap. 14. num. 2. & 3.

ExCar.  
l. 2. c.  
28. &  
33.

Car. l.  
2. c. 33.  
item l.  
1. c. 17.

O s & si

& si fuerit Archiepiscopus, crux  
Archiepiscopalis portabitur immedia-  
tè ante indutos paramentis. Tum se-  
quitur magistratus & alij nobiles  
laici, inter quos præcedunt di-  
gniores.

Cer. I.

2. c. 32.

¶ 33.

7. In die S. Marci, tribus diebus  
ante Ascensionem, in festo Cor-  
poris Christi, & aliàs quando de-  
mandato Episcopi congregatur  
totus clerus sacerdotalis & regula-  
ris, ac etiam vbi consuetum est,  
Confraternitates laicorum cum  
suis insignibus, diriguntur à de-  
putatis hoc ordine: Præcedunt  
Confraternitates laicorum: dein-  
de sequuntur Religiosi secundùm  
ordinem antiquitatis, vel prout  
de iure vel consuetudine solent:  
postmodum in Processione san-  
ctissimi Sacramenti curiales &  
officiales portantes funalia seu in-  
torticia accensa, inter quos vlti-  
mo loco ibunt nobiliores &  
magistratus (qui aliàs quando non

defe-

deferuntur lumina sequuntur Ce-  
lebrantem vel Episcopum, pro-  
ut suprà tum sequitur clerus, hoc  
est, primò minister portans cru-  
cem Ecclesiæ Cathedralis, me-  
dius inter duos clericos portan-  
tes duo candelabra cum cande-  
lis accensis; deinde si aderunt  
clericci Seminarij; & post eos cu-  
rati Ecclesiarum parochialium  
superpelliceis induti; tum Eccle-  
siæ Collegiatæ cum suis insigni-  
bus si ea deferre solent; & vltimo  
loco clerus Ecclesiæ Cathedralis,  
cuius Canonici omnes in Proces-  
sione sanctissimi Sacramenti &  
alijs quæ fiunt ex causa lætitia  
& pro gratiarum actione erunt  
induti paramentis coloris con-  
uenientis quemadmodum solent  
Episcopo celebrante; & præce-  
dent induti Tunicellis & Dalma-  
ticis, deinde sequentur Presby-  
teri induti Planetis, & postremò  
dignitates indutæ Pluuialibus,

aliā-

220 Compend. Cæremon.

aliaque fient & obseruabuntur  
prout suprà.

Rituale  
tit. de  
process.

Car. I.  
2. c. 23.  
¶ 33.

8. Omnes autem in Processio-  
nibus grauiter, modestè ac deuo-  
tè incedentes, sacris precibus ita  
sint intenti, vt remoto risu, mu-  
tuoque colloquio & vago oculo-  
rum aspectu, populum etiam ad  
piè deuoteque precandum inui-  
tent. Ad extremum cauédum est,  
ne in Processionibus actus schoë-  
nici vel ludicri & indecori inter-  
misceantur, sed omnia cum gra-  
uitate & deuotione fiant & pro-  
cedant.

Finis Cæremoniarum.

SE-

SEQVNTVR NVNC  
**CONSIDERATIONES**  
**QVÆDAM**  
**QVÆ SERVIANT**

Ad celebrationem Festorum præ-  
 fertim proptiorum seu parti-  
 cularium Ecclesiarum

*Præscripto Breuiarij conformandam.*

**N**te omnia sciendum  
 est, ministros Ecclesiæ  
 in celebratione Diui-  
 norum Officiorū ge-  
 rere personam totius Ecclesiæ, &  
 tanquam legatos nomine ipsius  
 ad Deum pro ea ac membris eius  
 orationes, laudes, gratiarumque  
 actiones fundere: ipsamque Ec-  
 clesiam ad maiorem Dei reueren-  
 tiam, & suam securitatem, ac fi-  
 delium deuotionem ministris suis

præ-

Patet  
ex con-  
stit. Pij  
V. &  
Clem.  
VIII. in  
princi-  
pio Bre-  
uiarij  
ac Miss.

præscripsisse certum modum ac formam (quæ in Missali ac Breuiario continetur) cui nihil addere, detrahere, aut immutare liceat, ita ut alioqui muneri suo non satisfaciant nec agant nomine Ecclesiæ; quemadmodum si Princeps aut Respublica ad alium Principem Legatos mittat quibus præscribat certam formam petitionis, pacti aut legationis, ij non agent nomine sui Principis aut Reipublicæ, si formam illam excedant. Nunc fit

## CONSIDERATIO I.

*Festa propria in usu Breuiarij Romani sunt retinenda.*

**I**N primis certum est, non esse contra, sed planè secundū præscriptum Breuiarij Romani, festa propria particularium Ecclesiarum, locorum seu congregacionum, cōsueta apud illas celebrari,

ab

ab ipsis in usu eiusdem Breuiarij retineri & celebrari. Patet clare ex rubricis generalibus eiusdem Breuiarij de officio duplici, de officio semiduplici, de ferijs & de octauis num. i. & etiam ex rubricis Martyrologij.

## CONSIDERATIO II.

*Festa omnia tam propria, quam communia, in usu Breuiarij Romani celebranda sunt iuxta rubricas eiusdem Breuiarij.*

Certum quoque est, in omnibus festis celebrandis, tam proprijs, quam communibus (id est, tam non descriptis quam descriptis in Kalendario Breuiarij Romani) ab omnibus qui eo Breuiario vtuntur, dicendum quotidie Officium iuxta rubricas eiusdem Breuiarij. Patet ex verbis Pij V. in Constitutione Breuiario præfixa, vbi *omni alio usu quibuslibet, &c. interdicto, hoc*

Bre-

Breuiarium præcipit obseruari: statuens quoscunque, qui Horas Canonicas ex more & ritu Romana Ecclesiae, iure vel consuetudine dicere vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis in eos qui diuinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum, Horas ipsas diurnas & nocturnas, ex huius Breuiarij præscripto & ratione omnino teneri: neminemq; ex ijs quibus hoc dicendi psallendiq; munus necessariò impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse.

Qua lege sine dubio tenentur omnes Ecclesiæ quæ vtuntur Breuiario Romano, etiamsi forte ante per ducentos annos alio usæ fuerint. nam per acceptationem Breuiarij seu Officij Romani, de Episcopi Capitulique vniuersi consensu factam, priuilegio, si quod forte ante acceptationem ex antiquitate ducentorum annorū erat, renunciatum est, & omnis consuetudo præscripto eiusdem Breuiarij

*Ex  
Fräcis.  
Suarez  
lib. de  
H.rit  
Cano-  
nicis c.  
ii. &  
Const.  
Pij V.*

uiarij contraria, vnde cunque siue ex prima institutione, siue ex aliqua ordinatione, statuto, fundatione, deuotione seu aliunde orta, reuocata est, ita ut non liceat illam retinere aut ad illam redire sine Pontificis autoritate. Proinde omnes Ecclesiæ prædictæ tenentur quotidie in dicendo Officio Horarum tam in choro, quam extra illum seruare non modò formam Breuiarij Romani, sed etiam alias præscriptiones rubricarum eiusdem Breuiarij. Quod confirmatur, quia Pius V. in eadem Constitut. paulò infra ab ea præscriptione qua præscribitur in Rubricis, quibus diebus Officium paruum B. Mariæ & Officium defunctorum, item septem Psalmos Pœnitentiales, & Graduales dici ac psalli oporteat, peccati periculum remouet, quamuis cohorteatur ad hæc dicenda iuxta rubricas Breuiarij, & id facientibus indul-

P gentias

gentias concedat (sine tamen præ-  
iudicio sanctæ consuetudinis illa-  
rum Ecclesiæ in quibus Offi-  
cium B. Mariæ in choro dici con-  
sueuerat , in quibus consuetudi-  
nem celebrandi prædictum Offi-  
cium seruari vult. ) ergo in alijs  
rubricis à quibus non remouet, ex  
præcedenti præcepto seu lege re-  
manet & subest obligatio sub di-  
scrimine peccati grauis vel leuis,  
iuxta grauitatem vel leuitatem  
materiæ, aduentiam, vel inad-  
uentiam, & alias circumstan-  
tias . Vnde in rubrica de con-  
currentia Officij numer. 9. in fine  
dicitur, *Eo die quo Officium feriarum  
aduentus & quadagesima impeditur,  
illarum commemorationem ratione  
temporis ex præcepto Ecclesiæ præter-  
mitti non debere.*

CON-

### CONSIDERATIO III.

*In illis celebrandis Officium dicendum ex Breuiario Romano , nisi habeatur proprium à Sede Apostolica approbatum.*

**Q**uoad quidditatem & quasi substantiam Officij dicendi , etiam certum est , à prædictis omnibus dicendum quotidie Officium tam in choro quàm extra ex Breuiario Rom. etiam in festis proprijs, nisi habeant Officia propria à Sede Apostolica approbata; & si aliud dixerint , per illud non satisfacere obligationi dicendi psallendiique Horas Canonicas, neque id ipsum dicere tanquam ministros & nomine totius Ecclesiæ. Patet ex lege Pij V. allata. Et explicatur breuiter , cum enim ad supremam Ecclesiæ potestatem & auctoritatem , quæ

penes solum Pontificem est , pertineat constituere , quas preces ministri Ecclesiæ nomine totius Ecclesiæ ad Deum fundere debeant (quod faciunt in Officio Missæ & Horarum Canonicarum) ut omnia in hoc tanto ministerio ordinatiūs , puriūs & sinceriūs fiant, meritò eæ preces & laudes quæ Rom. Breuiario (& idem est de Missali) continentur, lege Pontificia omnibus sunt præscriptæ, ita vt alijs in hoc ministerio vti non liceat , nisi auctoritate Pontificis fuerint approbatæ & vel generaliter omnibus , vel specialiter aliquibus permittæ in celebratione quorundam festorum ; quomodo approbatæ seu permittæ etiam verè dicuntur nomine vniuersalis Ecclesiæ à clericis seu ministris illarum Ecclesiarum quibus sunt permittæ, alias verò minimè. De quo latius videri poterit Suarez De Horis

Suarez.

Cano.

Canonicis cap. i. in fine & cap. ii. vbi etiam docet hactenus non esse alicubi per consuetudinem contrariam legi illi derogatum, quia Pontifices nunquam consenserunt tali consuetudini vel expressè vel tacitè: quin potius Clemens VIII. in Constitut. Breuiario eiusdem auctoritate recognito præfixa statuit, ut quod Pius ordinavit ratum & inuiolatum conseruetur. Imò quia lex illa non tantùm est præcipiens, sed etiam irritans omne aliud Officium, ex hac parte existimat omnes posteriores consuetudines ita per eam legem reprobatas ut contra eandem præualere non possint. Vnde aliud Officium iam non potest esse Canonicum, neque aptum ut per illud obligationi dicendi psallendique satisfiat: ac proinde meritò in posteriori Synodo Provinciali ordinatum est, *ut in Eccle-*

*Syno-  
dus Pro-  
vincie.  
tit. 12.  
cap. 5.*

suis quæ recepto usu Romano propria  
quædam Officia illi admiscent, si Apo-  
stolica auctoritate eiusmodi Officia re-  
cognita non sint, id fiat. Videantur  
quoque rubricæ de Officio dupli-  
ci num. 1. de octauis num. 4. & de  
Lectionibus num. 9. Ex quarum  
prima & ultima patet, quod in fe-  
stis proprijs celebrandis, ubi cum  
que defunt propria & approbata  
Officia, Lectiones, aut Orationes,  
sumenda illa sunt ex Communi  
quod conuenit festo de quo agitur.

#### CONSIDERATIO IV.

*Omnia festa Breuiarij Romani cele-  
brandas sunt secundum eam qualita-  
tem quam in eo habent, nisi quod  
consueta alicubi solemniter celebra-  
ri, celebranda ibidem sint tanquam  
duplia.*

**Q**uo ad qualitatem Officij seu  
festorum præsertim pro-  
priorum, virum videlicet in illis  
facien-

faciendum sit Officium duplex, semiduplex aut simplex; & si duplex, in quo ordine & gradu festorum duplichum haberi debeant, an tanquam duplex primæ vel secundæ classis, vel solum duplex per annum, & hoc an æquale, maius vel minus, maior est difficultas: nam de hoc rubricæ non ita clarè disponunt. In primis tamen videtur certum, omnia festa Breuiarij Rom. nisi consueta fuerint alicubi solemniter celebrari (specialem etiam concessionem Pontificis semper excipio) ab omnibus celebranda esse secundum eam qualitatem quam in eodem Breuiario obtinent. Patet ex lege Pij V. suprà allata & præscriptionibus rubricarum. Exceptio autem de festis consuetis alicubi solemniter celebrari, patet ex rubrica de Officio dupli num. i. vbi dicitur, *Officium fieri duplex in festis SS.*

qui apud quasdam Ecclesiæ, Religiones  
vel Congregationes consueuerunt so-  
lemniter celebrari, etiamsi prædicta fe-  
sta in Kalendario non sunt descripta.  
Vbi non restringuntur festa SS.  
ad propria, neque dicitur restri-  
ctiùè, & in Kalendario non sunt  
descripta, sed, etiamsi in Kalen-  
dario non sunt descripta, quod po-  
tiùs habet vim ampliantis, &  
explanantis id de quo maius  
poterat esse dubium: poterat  
enim alioqui videri per legem Pij  
V. derogatum confuetudini cele-  
brandi festa propria in illis Eccle-  
sijs quæ ad Breuiarium eiusdem  
Pij tenerentur, vnde ad significan-  
dum confuetudini illi quo ad hoc  
nihil derogari, sed vim suam &  
vigorem retinere, hoc additum  
videtur: vnde etiam in eadem ru-  
brica verbis interpositis declara-  
tur, quodnam Officium in huius-  
modi festis apud illas Ecclesiæ  
seu Congregationes dicendum

fit,

fit, prout superius explicatum est. Secundò ergo etiam certum videtur ex eadem rubrica, omnia festa SS. consueta alicubi solemniter celebrari, celebranda ibidem esse tanquam duplia, etiamsi in Breuiario seu Kalendario Romano habeantur solum semiduplicia vel simplicia, vel de illis dicatur tantum fieri commemorationis, aut etiam omnino in eo non habeantur.

### CONSIDERATIO V.

*Nullum festum (excepta speciali Pontificis concessione) habendum pro duplii 1. aut 2. classis, praeter enumerata in rubrica de Commemorationibus, quamvis in choro vel etiam in populo sit celebre; preferendum tamen eiusmodi aliis tertij ordinis ob celebritatem seu solemnitatem maiorem.*

**I**N quo ordine & gradu dupliū prædicta festa haberi debeant, nec in rubrica supradicta nec alibi

P 5      expri-

exprimitur: nisi quod in rubrica de Commemorat. nu. 4. & 5. & in fine rubricarum ante tabulas festum principale Patroni vel tituli ipsius Ecclesiæ, & festum Dedicationis eiusdem annumerentur duplicitibus 1. classis, & in rubrica de concurrentia Officij num. 2. inter festa eiusdem solemnitatis seu ordinis festa illorum SS. qui in proprijs locis vel Ecclesijs solemniter celebrantur præferantur alijs in Kalendario descriptis, ita ut habeant vtrasque Vesperas integras. Aduertendum igitur in primis est, duplia constituta esse in triplici differentia seu ordine, generatum loquendo. Alia enim dicuntur **duplia** primi ordinis seu classis, alia duplia secundæ classis, alia denique duplia per annum: & in unoquoque ordine sunt alia alijs digniora, atque in tertio ordine digniora in fine rubricarum appellantur duplia

maiora

maiora per annum, & reliqua eiusdem ordinis duplia minora per annum. Aduertendum secundò duplex primæ classis in concurrentia & occurrentia præferri alijs aliorum ordinum, & duplex secundæ classis cæteris inferioris ordinis: inter festa autem vnius ordinis digniora præferri alijs eiusdem ordinis minus dignis, videlicet festa Domini omnibus alijs, & festa B. Mariæ festis SS. item festa Angelorum & Apostolorum cæteris alijs, & festa illorum sanctorum qui in proprijs locis vel Ecclesijs solemniter celebratur, alijs in Kalendario descriptis, vt patet ex rubrica de concurrentia Officij num. 2. & rubricis de translatione festorum ac tabulis in fine rubricarum. Vnde aduertendum tertio in præferentia festorum in primis habendam rationem maioris solemnitatis: dignitatis autem maioris solùm in

*aqua-*

æqualitate solemnitatis, ac in præferendis tantum festis Domini, B. Mariæ, Angelorum & Apostolorum, non verò aliorum, verbi gratia Martyrum aut Virginum Aduertendum quartò quod licet ex more & ritu Romanæ Ecclesiæ, in qua omnia magis ordinatè fiunt, nullum festum inferioris ordinis videatur solemnius celebrari altero ordinis superioris, in alijs tamen Ecclesijs sæpè aliter fieri, vt verbi gratia apud nos in festis sancti Antonij & sanctæ Annæ, quæ sunt solum duplia per annum, maior adhibetur solemnitas, quam in plerisque festis secundæ classis, vt Philippi & Iacobi, Matthæi, Andreæ, alijsue. Vnde oritur interdum difficultas in concurrentia quoad Vesperas & Commemorations faciendas, vtrum videlicet de ijs iudicari debeat ex solemnitate quam festa

habent

habent ex particulari consuetudine, an ex ea quæ ipsis conuenit ex præscripto Breuiarij ac Cærimonialis. His animaduersis, Dico primò, omnia festa in usu Romano celebranda saltem cum ea solemnitate quæ ipsis conuenit ex rubricis Breuiarij & ex præscripto Cærimonialis. Patet ex supradictis. Proinde in omnibus festis primæ & secundæ classis, alijsque quæ à populo obseruantur, debent Celebranti assistere cantores seu cantoriam facientes, aliæque solemnitates ac Cæmoniæ adhiberi, prout dictum est suprà cap. 7. & 8. Sic enim ordinatur in Cærimoniali libro 2. capite 3. in fine quoad Vesperas, quibus Laudes correspondere debent, vt dicitur ibidem cap. 6. & 7. Et decet in illis etiam adhiberi organum & musicorum cantus, vt habetur lib. 1. c. 28. Dico secundò, nullū festum

haben-

habendum pro dupli primæ aut secundæ classis præter enumerata in rubrica de Commemorat. & in fine rubricarum, quamvis in choro vel etiam in populo sit celebre. Probatur, quia rubricæ disponentes circa festa primæ & secundæ classis ubique loquuntur solum de ibi enumeratis, ut videre est in rubricis de octauis num. 3. de Commemorat. num. 7. de translatione festorum nu. 2. & de concurrentia Officij num. 2. 3. 4. & 7. Vnde præposterum est, aliquod quod non est de numero illorum alicui ex ipsis præferre, quia est contra ordinem ut festum inferioris ordinis seu generis præferatur alteri ordinis superioris, & contra rubricam de concurrentia Officij num. 2. vbi expressè dicitur, ut *Duplici concurrente cum alio dupli, si non sint eiusdem solemnitatis, seruetur differentia in rubricis de Commemorat.* & *translatione festorum assignata, ut*

*scilicet*

scilicet festa maiora habeant primas & secundas Vesperas integras cum Com- memorat. minorum, quando de eis fieri debet. Dico tertio, non videtur tam inordinatum, quin potius conforme intentioni rubricarum, quod festum tertij ordinis præferatur alteri eiusdem ordinis equali aut etiam digniori, ob celebritatem seu solemnitatem maiorem quam alicubi habet in populo, vel in Ecclesia seu choro. Probatum, quia in præferentia festorum in primis habenda ratio solemnitatis, dignitatis autem non nisi in æqualitate solemnitatis, ut suprà dictum est, & patet cum aliunde, tum ex rubrica de concur- rentia Officij num. 2. Vnde etiam ibidem inter festa eiusdem solemnitatis festa illorum sanctorum, qui in proprijs locis vel Ecclesijs solemniter celebrantur dicuntur præferenda alijs in Kalendario descriptis, utique etiam digniori-

bus.

bus. Hinc etiam in rubrica de Of-  
ficio duplii num. i. ordinatur, vt  
in festis SS. qui apud quasdam  
Ecclesiæ, Religiones vel Congre-  
gationes consueuerunt solemni-  
ter celebrari, Officium fiat du-  
plex. Quocirca non immeritò fe-  
stum sancti Nicolai quod in Kal-  
endario Romano est tantum se-  
miduplex, hîc ob celebritatem in  
populo passim celebratur Officio  
duplii cum sola Commemorat.  
Ambrosij in secundis Vesperis.  
Æquum enim est & rationi maxi-  
mè consonum, vt Officium quod  
fit pro clero & populo & nomine  
omnium, omnibus eo loci, quoad  
fieri potest, accommodetur. Vnde  
etiam verisimile est, quod ob so-  
lam maiorem solemnitatem in  
Ecclesia seu choro adhiberi con-  
sueta absque celebratione po-  
puli, festum tertij ordinis alioqui  
æquale vel minus dignum alteri  
eiusdem ordinis præferendum sit

in

in publica decantatione Officij, vt  
ita solemnitati Officium festi, ob  
quod ea adhibetur, correspon-  
deat, & omnia ordinatè fiant. Vn-  
de ulterius idem videtur seruan-  
dum in priuata recitatione, quæ  
quasi subrogatur loco publicæ in  
his qui choro non tenentur assi-  
stere, vel de facto non assistunt, vt  
sic quisque sese conformet suæ  
Ecclesiæ in qua residet. Dices, si  
festum tertij ordinis ob particu-  
larem solemnitatem maiore præ-  
ferendum sit alteri eiusdem ordi-  
nis, etiam digniori, vt dictum  
est, & verbi gratia fit apud nos in  
festo S. Antonij, quod in secundis  
Vesperis concurrit cum Cathe-  
dra S. Petri, cur ob eandem ratio-  
nem non sit etiam præferendum  
alteri secundæ classis (prout apud  
nos fieri solebat in festo Annæ,  
cum quo concurrit festum Iacobi  
Apostoli, cui nunc attributa est  
æqualis solemnitas) vt sic solem-

Q

nitati

nitati correspōdeat Officium festi ob quod ea adhibetur, & in diuinis Officijs omnia ordinate fiant. Respondeo, quia solemnitas illa iuxta præscriptum Cærimonialis omnibus festis secundæ classis conuenit, nec solum illis, sed etiam alijs quæ à populo obseruantur, ut suprà dictum est: proinde illis omnibus tribuenda est, & non alia ipsis præferenda, sed potius illa ita moderandæ, ut omnia honestè & secundum ordinem fiant, prout monet Apostolus i. ad Corinth. 14. & maximè intenditur per præscriptiones Breuiarij ac Cærimonialis. Inordinatum enim est & valde præposterum, quod maiora festa Ecclesiæ præcripta solemniter celebrari negligantur, & alia minora quæ non ita præscribuntur adeò eleuentur ut ipsis etiam præferantur: et si enim ut suprà visum est, festa Sanctorum qui confuerunt alicubi

solem-

solemniter celebrari , per hoc etiam ex præscripto rubricarum constituantur duplia, relinquuntur tamen intra limites duplum tertij ordinis ( exceptis tantum festo principali Patroni vel tituli Ecclesiæ & festo Dedicacionis eiusdem , quæ constituantur duplia primæ classis, & peculiare insuper in occurrentia habent prærogatiuam, vt videre est in rubrica de translatione festorum n. i. & de Commemorat. num. 3.) & meritò , ne alioqui per particulares consuetudines ordo Officij Romani nimium turbetur, & quia decet maiora festa Ecclesiæ, cuiusmodi sunt primæ & secundæ classis , apud omnes eadem esse & uniformiter celebrari : in minoribus autem admittitur varietas, quin etiam ea ad ornatum Ecclesiæ spectat. Ex dictis etiam constat, quòd si concurrant duo festa tertij ordinis , quorum vnum sit

in populo celebre & alterum tantum in choro consuetum solemniter celebrari absque celebratione populi, prius posteriori sit preferendum, quia ut dixi in omnibus festis que à populo obseruantur Officium celebrandum in choro solemniter, & cum illud fiat pro omnibus & nomine omnium, maior habenda est ratio publicæ celebrationis cleri & populi, quam solius cleri. Hactenus de festis Communibus Breuiarij Romani, ac illis proprijs que consueuerunt alicubi solemniter celebrari, nunc videndum de qualitate cæterorum quæ non consueuerunt solemniter celebrari. Sit ergo

CON-

## CONSIDERATIO VI.

*Festa propria consueta alicubi celebrari  
solemniusquam simplicia, non tamen  
absolutè solemniter, celebranda ibi-  
dem sunt in v̄su Romano Officio  
semidupl. iuxta rubricam de officio  
semiduplici num. I.*

**A**dīo, non tamen absolutè  
solemniter, quia rubrica ista  
supponit primam de Officio du-  
plici, in qua expressè dicitur, *Offi-  
cium fieri duplex in festis Sanctorum,  
qui apud quasdam Ecclesias, Religiones  
vel Congregationes consueuerunt so-  
lemniter celebrari.* Vnde compara-  
tio in hac rubrica est impropria,  
ita ut positius formæ in qua fit  
comparatio, videlicet solemniter,  
neutri eorum quæ inter se com-  
parantur, id est, neque simplici-  
bus, neque alijs cum ipsis compa-  
ratis competit, quemadmodum

Q 3

cum

cùm dicimus, mare Caspium esse dulcius cæteris aut furtum esse melius homicidio: alioqui enim rubrica hęc contrariaretur prime & subuerteret quod in ea statutum est. Alia itaque festa propria consueta antè celebrari Officio duplici non comprehensa in prima rubrica (non enim omnia festa duplia solemniter celebrantur) per hanc rubricam reuocantur in vſu Romano ad semiduplicia: quia generaliter dicit, *Officium fieri semiduplex in festis proprijs quorundam locorum seu Congregationum, quæ solemnius apud illos quam simplicia consueuerunt celebrari;* cuiusmodi haud dubiè sunt omnia consueta celebrari cum nouem Lectionibus, siue fuerint celebrata Officio semiduplici siue duplici, modò non solemniter. Sic etiam nonnulla festa Breuiarij Romani, quæ antè erant duplia, à Clemente VIII. reducta sunt ad semiduplicia;

cia; idque meritò ne Officium Do-  
minicarum toties impediretur.

## CONSIDERATIO VII.

*Festa propria non solemnia neque etiam  
solemniora quām simplicia celebra-  
da sunt Officio simplici, velsi in die  
ipsorum occurrat aliud festum vel  
Dominica vel Octava vel Sabbatum,  
vel Officium fieri debeat de Feria, de  
illis facienda tantum Commemora-  
tio, nisi totaliter omittantur.*

**D**E reliquis festis proprijs,  
quæ videlicet non conue-  
uerunt solemniter celebrari, ne-  
que etiam solēnius quām simpli-  
cia, nulla fit in rubricis expressa  
sive specialis mentio: forte ideo,  
quia ex duabus rubricis prædictis  
de Officio dupli & semiduplici,  
qualitas ipsorum satis colligitur:  
cū enim iuxta illas non conue-  
niat iphs Officium duplex aut se-

miduplex, sequitur à sufficienti  
diuisione esse celebranda Officio  
simplici, nisi in die ipsorum occur-  
rat aliud festum etiam transla-  
tum, vel Dominica, vel Octaua,  
vel Sabbatum, vel Officium fieri  
debeat de feria iuxta rubricas  
de ferijs num. 1. & de Comme-  
morat. num. 1. & 2. tunc enim de  
ipsis facienda est tantum Com-  
memoratio; vel interdum nihil, vt  
in festis solemnibus maioribus seu  
primæ classis, iuxta rubricam de  
Commemorat. Quod enim eius-  
modi festa in usu Romano non  
sint omnino omittenda; videtur  
etiam ex præcedentibus colligi  
argumento à simili seu pari: om-  
nium enim festorum priorum  
quoad hoc videtur par ratio. Vn-  
de in rubrica de ferijs num. 1. ge-  
neratim dicitur, per annum fieri Of-  
ficium de feria illis diebus, quibus in-  
fra hebdomadam in Kalendario non po-  
nitur aliquid festum duplex, simiduplex

vel

vel simplex, & non occurrit aliqua Octaua, vel Officium S. Mariae in Sabba-to, vel aliquod festum solemne, aut (quod ad propositum facit) consue-tum in aliqua Ecclesia celebrari, quamuis in Kalendario huius Breuiary non sit descriptum. Quia tamen hoc non ita certum est aut clarum (posset enim hæc rubrica videri intelli-genda accommodatè ad prædi-ca, hoc sensu, consuetum cele-brari ut dictum est, nimirum so-lemnius quām simplicia) rectè vi-dentur apud nos ex his illa solùm retenta, quæ sunt Sanctorum hu-ius patriæ, omissis cæteris, ne Of-ficium feriale, seu simplex de tem-pore occurrente nimium tollere-tur seu impediretur.

---

Q 5 CON-

## CONSIDERATIO VIII.

Si plura festa eodem die occurrant, vel  
vnum in secundis Vesperis concurrat  
cum altero sequenti in primis, de illis  
iuxta qualitatem nunc constitutam  
iudicandum ex tabulis in fine rubri-  
carum positis, quoad translationem,  
preferentiam Vesperarum, & Com-  
memorations faciendas.

C Onstituta iam quidditate &  
qualitate Officij singulorum  
festorum, illud iuxta præscriptio-  
nes rubricarum quæ de tali Offi-  
cio loquuntur, planè dicendū est:  
& si plura eodem die occurrant,  
vel vnum in secundis Vesperis  
concurrat cum altero sequenti  
in primis iuxta eandem qualita-  
tem iudicandum de preferentia  
illorum, & de Commemorationi-  
bus faciendis ex rubricis de trans-  
latione festorum & de concur-  
rentia Officij & de Commemo-  
rat. seu ex tabulis ex illis excerptis

&amp; in

& in fine positis: ex quarum priori statim videre est de quo occurrentium eo die faciendum sit Officium, & ex posteriore de quo in concurrentia faciendæ sint Vesperæ, & pariter an Commemorations faciendæ. Sed animaduertendum, illud quod dicitur in regula prioris tabulæ pro occurso festorum eiusdē ordinis seu ad numerum 8. *Officium de digniori, translatio de minùs digne*, accipiendum accommodatè ad rubricam de translatione festorum num. 6. & ad suprà dicta sub quinta Consid. videlicet hoc modo: *Officium faciendum de digniori seu solemniori, & quod minoris solemnitatis vel dignitatis est transferendum.* Et similiter accipiendum quod dicitur in regula posterioris tabulæ ad nu. 6. *Totum de digniori, Commemoratio de minùs digne*, accommodatè ad rubricam de concurrentia Officij num. 2. & ad dicta vbi suprà, videlicet hoc

modo

252 Considerationes quadam

modo: Totum Officium faciendum de digniori vel solemniori cū Commemoratione eius quod est minus dignum vel minus solempne. Et duplex per annum maius ibidem sic extendendum & accommodandum, ut sub eo comprehendatur tam maius dignitate, quam maius solemnitate, id est, tam dignius, quam solemnius. Licet enim inter festa eiusdem ordinis seu generis in concurrentia & occurrentia dignius absolutè dicitur preferendum, quia videlicet eiusmodi per se sunt equalis solemnitatis ut indicatur in rubrica de concurrentia Officij num. 2. ubi tam ex consuetudine vnum eorum solemnius celebratur quam alterum, ibi in concurrentia & occurrentia potior habenda est ratio maioris solemnitatis quam dignitatis, prout supra explicatum est.

F I N I S.

*Ad maiorem Dei & Sanctorum gloriam.*

## ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 17. l. 14. Quoad, lege 6. Quoad. 25. 4. In,  
4. In. 53. 9. Cùm Episcopus. 3. Cùm Episcopus.  
ibidem 19. intonatum, intonatam. 54. 19. cele-  
brante, adde). 60. 13. pòst quod, pòst (quod. 63.  
2. siue, sine. 77. 1. & ad, & hoc ad. 82. 1. siue,  
sine. 111. 24. Subdiacono, (Subdiacono. 143. 22.  
Sequentia, Sequentia. 152. 5. post Offertorium,  
post Offertorium). ibidem 19. super illis, super  
illos. 168. 10. tunc, alias. 171. 8. Spiritus, Et Spi-  
ritus. ibidem 10. habeatur, haberetur, vel. 13. vtere-  
tur, vtetur. 188. 12. dicant, dicent. 189. 23.  
postquam illud, postquam Episcopus illud. 212.  
4. cantoribus, cantoribus.

ANTVERPIÆ,  
Typis Gerardi Wolschatij.  
cl. Ioc. xxii.













